




REUSNER, NIKOLAUS  
ZWINGER, THEODOR

**Icones sive imagines vivae,  
literis cl. virorum, Italiae,  
Graeciae, Germaniae,  
Galliae, Angliae, Ungariae**

ex typis Valdkirchianis in lucem productae,  
cum elogis variis per Nicolaum Reusnerum

apud Conr. Valdkirch Waldkirch, Conrad  
Basileae Basel  
1589

# books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!



European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

## What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

## How to order an EOD eBook?



Wherever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need.

A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

## How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

# Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

## Print

Print out the whole book or only some pages.

## Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.


## Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

# Advanced EOD eBook - How to use

## Search & Find

Print out the whole book or only some pages.



With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. "Habsburg" is being searched for in this example. The finding is highlighted.

## **Copy & Paste Text**



Click on the “Select Tool” in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

## **Copy & Paste Images**



If you want to copy and paste an image, use the “Snapshot Tool” from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

## **Terms and Conditions**

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.

Terms and Conditions in English: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html>

Terms and Conditions in German: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html>

## **More eBooks**

More eBooks are available at <http://books2ebooks.eu>

Universitätsbibliothek Wien

I

271.018

A

Ex. b.

I. L. 12

Doull.

K

JZ

29.5.1900 Scibl. d. Univ.  
Bibl. Brag.

**VICONES**  
SIVE  
**Imaginiæ viuæ, lite-**  
**ris Cl. Virorum, ITALIAE,**  
**GRAECIAE, GERMANIAE,**  
**GALLIAE, ANGLIAE,**  
**VNGARIAE.**

*Ex Typis VALDKIRCHIA-*  
*NIS in lucem pro-*  
*ductæ:*

Cum ELOGIIS variis:

P.B.R.

NICOLAVM REVSNERVM

I. C. & D. C.  
*Ex Libris Antonij Barvin-*  
*oiss.*

BASILEAE

Apud CONR. VALDKIRCH.  
cic. i. xii.

*In Bibliotheca conuentus Pragensis*  
*tri mis Ecclesiastum Ilme Trinitatis*

I.271018. / Ex.b

ANAGRAMMATA:  
MAGNIFICO  
Dn. NICOLAO CAAS  
Magno Regis Daniæ  
Cancellario.

NICOLAVS CAAS  
aiaxgcapmahnw<sup>s</sup>  
O CANA SALVS  
SALVAS CONSCIA.

CANO LAVS est SIC AVIRO : qui, Nestor ut alter  
Consilio patriæ consulit, atque manu.  
CONSCIA sic SALVAS regni, CAAS inclyte, dāna:  
O te CANA SALVS sic sine fine beet.  
Secula VI sic CANA CO LAS durante salutis:  
Acue sis Nestor, Nestor ut eloquio.

N. REVSNERVS F.



AD

MAGNIFICVM ET

ILLVST. VIRVM

D N.

NICOLAVM CAAS Toru-

pij Dominum, Magnum Regni DA-

NIAE Cancellarium, & Magi-

strum Officiorum su-

prenum,

NICOLAI REVSNERI I. C.

Prefatio.

**E**RVE T V S T V S apud  
omnes passim gentes ac  
populos mos est statua-  
rum & imaginum, Ma-  
gnifice & Illustris Domine, Patrone  
Musarum inclyte: quas maiores o-  
lim benè de Republ. meritis ac sa-  
pientibus hominibus, tam publicè  
in theatris & porticibus, quam in a-  
triis domi & priuatim, memoriæ er-  
gò posuerunt: ut simulacra quædam  
essent virtutis, & monimenta gloriae

: ( 2

P R A E F A T I O.

ad omnem posteritatem : quarum contemplatione alij quoque, præser tim adolescentes, incitarentur ad æmulationem eiusdē virtutis & gloriæ. Ac hominum sanè viuas effigies exprimi solitas non fuisse, nisi aliqua illustri causā perpetuitatem merentium; primò quidem sacrorum ceteratum victoria, maximè Olympiæ (à quā Olympionicæ dicti) testis est Plinius: quorum omnium, qui vivissent, statuas dicari mos erat : eorum verò, qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressa; quas Iconicas appellabant. Primos autem omnium Athenienses Harmodio & Aristogiton Tyranicidis publicè statuas posuisse creditur: excepta deinde res est à toto orbe terrarum, ambitione (vt Plinius loquitur) humanissima. Tunc non solum Romæ urbis pro Rostris, sed omnium

P R A E F A T I O.

omnium ferè municipiorum foris  
statuæ ornamentum esse cœpere;  
prorogarique ita memoria homi-  
num: & honores legendi æuo basi-  
bus inscribi, aut columnis; siue ce-  
reis illis, siue marmoreis, siue etiam  
æneis; plerunque cum trophæis & ti-  
tulis publico consilio erectis: postre-  
mò in domibus quoque priuatis &  
atriis forum eiusmodi factum: in  
quibus similiter imagines cereæ sin-  
gulis disponentur armariis: quas  
ita celebrabant colebantque fami-  
liares & clientes, ac si in viuis adhuc  
illi, quorum vultus exprimebantur,  
superstites essent. Neque verò eius-  
dem generis omnes hæ statuas fui-  
se manifestum est; nam alias quidem  
Pariles, alias Magnas, alias Maiores,  
alias denique Maximas fuisse tradi-  
tum est: pro modo scilicet eorum,  
quibus ponerentur: siue ciuium be-

P R A E F A T I O .

nem eritorum & sapientium: siue Regum & Imperatorum; siue heroum: siue etiam deorum. Vnde & à Grammaticis certa singulis nomina attributa esse constat: qui eas statuas, quæ Diis consecratae sunt, proprio nomine ἅδωλας; quæ heroibus, ἥσανα; quæ regibus, αὐτοίς; quæ sapientibus, ἐπελας; quæ denique bene meritis ciuibus, θρητέα vocari putant. Sed de alterius generis statuis & Iconibus alius fortassis erit differendi locus: nunc de iis solùm, quæ doctis & sapientibus viris positaे fuerunt, breuiter aliquid adiiciendum. Homerò quidem statuam Colophone, & Hesiodo Thespis Bœotorū in theatro collocatam fuisse; utriusque vero Poëtæ illius, vt & Orphei, & aliorum Vatum, atque Musicorum, imaginiæ in Helicone simul extitisse: auctor est Pausanias & Plutarchus. Idem

P R A E F A T I O.

dem honos posteâ ex Poëtis, L. A-  
ctio, P. Virgilio, Oppiano Cilici, C.  
Claudiano publicè fuit habitus. Sic  
eloquètiæ & doctrinæ laude statuas  
meruerunt olim ex Oratoribus De-  
mosthenes, Isocrates, Gorgias Leon-  
tinus: ex Legislatoribus & Iuriscon-  
sultis priscis Solon Atheniensis, &  
Hermodorus Ephesius, interpres le-  
gum Decemuiralium: ex Historicis  
etiam Polybius & Iosephus: ex Phi-  
losophis denique Pythagoras, Alci-  
biades, Menedemus, Chrysippus, E-  
picurus, & in primis Plato ille Philo-  
sophorum Deus: cuius imaginem à  
Mithridate, Ponti Rege, cùm in eius  
potestate essent Athenæ, Musis in A-  
cademia fuisse dicatam scribit Laér-  
tius. Sed & Alexandrum Seuerum  
Imperatorem imaginibus clarorum  
Virorum lararium suum ornasse te-  
statur Lampridius: ante quæm etiam

P R A E F A T I O.

Marc. Antoninus Philosophus, Cor.  
Frontoni & Junio Rustico, Magistris  
Philosophiae & eloquentiae suis, sta-  
tuas Romae à Senatu impetrasse le-  
gitur. Et, ut alios omnes omittam,  
ianè imaginum amore admodum  
flagrassè veteres, satis apertè osten-  
dit T. Pomponius Atticus, amicus  
Ciceronis, singulari de iis volumine  
edito : ut & M. Varro, insertis non so-  
lum nominibus, sed & imaginibus  
septingentorum illustrium virorum  
libris suis: cuius & ipsius adhuc vi-  
uentis, ceu principis oratoris & ci-  
uis, imago ab Asinio Polione, qui  
primus Romae bibliothecam dicar-  
do, ingenia hominum (ut Plinius ait)  
Re publicam fecit, efficta atque pu-  
blicata legitur. Similis planè thesau-  
rus Iconum plurimarum, non mo-  
dò bellicâ virtute, sed etiam litera-  
rum gloriâ illustrium virorum ad-  
viuum

P R A E F A T I O.

viuum expressarum, in Musæo Iouiano adhuc cernitur: ex quarum Archetypo, à nobili artifice THOBIA STIMMERO, summa fide depictæ: & magno studio, nec minore sumptu in publicum postea prolatæ à PETRO PERNÀ, viro optimo, & librario diligentissimo: etiamnū in manibus hominum versantur hæ ipsæ Icones, aliquot Italiæ præsertim in omni doctrinæ genere præstantissimorum virorū: quas & ipsas nunc gener ipsius & successor, CONRADVS VVALDKIRCHIVS, vir & ipse bonus, & in re literariâ ornandâ assiduus, minore ista forma libelli, ad instar Iconum illarum, quæ superiore anno de Claris Germaniæ Viris, me ipso quoque auctore, Argentorati publicatæ sunt, nouis exornatas Elogiis, per me in lucem denuò producit: omnibusque omnium vel

P R A E F A T I O .

publicis , vel priuatis Bibliothecis  
communicadas liberaliter exhibet.  
Eum verò libellum , Magnifice & Il-  
lustris Domine Cancellarie , sub no-  
minis tui au spicio in publicum emit-  
tere visum est : non solùm vt digni-  
tatis aliquid & lucis ex eo huic acce-  
dat: sed in primis etiam vt argumen-  
tum exstet aliquod meæ erga te ob-  
seruatiæ singularis ac perpetuæ. Mul-  
tæ enim & magnæ sunt virtutes tuæ,  
tùm publicæ , tùm priuatæ: quæ in  
ore sunt omnium : neq; humili aut  
obscuro loco latent: sed quasi in spe-  
cula quadam excelsa atque illustri  
positæ sunt : vnde opem ostentare  
omnibus bonis salutarem videntur:  
ob quas idcirco non modò à popu-  
laribus tuis, Daniæ & totius Cherso-  
nesi Cymbricæ incolis, verùm etiam  
ab aliis compluribus populis , ac in-  
primis ab eruditis omnibus , mirifi-  
cè

P R A E F A T I O.

cè amaris & coleris. Nam, ut de generis tui antiqua laude, & nobilitate nihil dicam, summam tuam nō modò prudentiam, vel potius sapientiam, sed etiam fidem & charitatem experta est hactenus patria vniuersa, ac in primis Serenissima Maiestas Regia, in regno amplificādo ac tuedo: quando multos iam annos in summo isto patriæ consilio quasi clauum iustitiæ tenes: magnâ commendatione omnium, magnoque fauore præterea non tantūm infimorum, aut mediocrum, sed etiam sumorum atque optimorum. De pietate verò erga Deum, & charitate erga omnes homines, quorsum attinet multa me dicere? Res ipsa satis loquitur, me vel tacente: neque de eâ, vel regio ipsa, vel ætas vlla vñquam conticescet.

Quanta autem erga bonas literas,

P R A E F A T I O.

ras , & literatos viros sit liberalitas  
tua & humanitas : plurimis litera-  
rum monimētis iampridem notum  
est publicē , ac peruulgatum : in qui-  
bus exstat passim honorificētissima  
nominis tui memória , ac prēdicatio  
in omne æuum perduratura . De qua  
sanè præclarā erga literarum studia  
existimatione & voluntate tuā quō  
minus ego dubito : eò magis ardeo  
studio quodam incredibili beneuo-  
lentiæ erga me tuę conciliandæ : quē  
& vnum optimè inter sui ordinis ho-  
mines antiquæ hoc doctrinæ genus  
intelligete : & , quia intelligis , vnicè  
amare solere animaduerto . Accipe  
igitur , Vir maxime ; & accipe lubens  
volensque , munusculum hoc qua-  
leculque literarium : animi mei sin-  
cerum pignus : & virtutis tuæ si mi-  
nùs dignū , at certum testimonium .  
Quod si , vt spero , non omnino tibi  
displici-

P R A E F A T I O .

displiciturum est: operam dabo sedulò, ut maiorum vigiliarum opere aliquo mea erga te fides atque obseruantia, simul cum laude virtutis tuæ, & doctrinæ, accuratiùs exactius quæ expressa, cunctis in posterum gentibus inclaret. ARGENTO-

RATI Idib. Febr. anno P. S.

C I C I X C.



In Icones N I C . R E V -  
S N E R I V . C .

SSC

Te CYMBALVM M VNDI vocas, recte vocat,  
REVSNERE. cur? forsan regas?

Tot clarus ipse libris in publicum editis;

Ceu Didymus Chalcenterus:

Contentus haud famæ tua iam gloria,

Totum per orbem que sonat;

Tot Marte claros, & tot arte principes

Honore honestas proprio:

Perenne queis communicas famæ decus

Tam liberaliter tua.

Sit APPION Græmaticus MVNDICYMBALV

Suo Tiberio Cesari:

(LVM)

Aut publicæ famæ magis sit Tympanum:

Sic Plinio placet meo:

Tu famæ honestas dator nobis bonus

REVSNERE, MVNDICYMBALVM.

NICOLAVS CLEMENS  
TREBLAEVS I.C. & EQ.  
Mosellanus.

IN

*IN LIBROS EICONVM  
nobilissimi clarissimiq;  
Viri*

**NICOLAI REVSNERI**  
**Leor. I. C.**

**IAN. IAC. BOISSARDVS.**

*Splendidius nihil est famâ virtute paratâ,  
Aut bello, aut culti dotibus ingenij.  
Cui qui contulerit Fortunæ dona fauentis,  
Et quas illa solet tradere diuitias;  
Vilia componet caris, firmisq; caduca:  
Et solidi umbra illi corporis instar erit. (qua  
Nec bona sunt vocitâda, quibus sors imperat: aut  
Sunt dubia, aut tantum nomen inane gerunt.  
Quaq; suo intereunt cum possessore: nec illi  
Aduerso veniunt tempore in auxilium.  
Sola suo virtus prosectori labore laborat;  
Obscura Lethe flumina ne subeat.  
Marmorei ereptum grauidâ de mole sepulcri  
Inter honoratos collocat Indigetes.  
Mortales tantum exuviias tellure recundit:  
Nomen at insigni posteritate beat;  
Utens scriptorum calamis; qui pondera rebus  
Reddere diuino sunt soliti eloquio.*

Inter quos primas delegat hæc tibi partes  
Reusnere: & factum dia Minerua probat.  
Addit se socium Phœbus; facilesq; Camœna.  
Peithoq; & terno numine firma Charis.  
His ducibus nullos posthac moriture per annos  
Aeternum scriptis aggredieris opus.  
Aoniae immortale decus Reusnere cohortis,  
Hæc debebantur munia nempe tibi.  
Ut nostri caneres illustria nomina saclis  
Spiranti signans viuida signa typi:  
Elogijs que cuncta ornas, & honore decoro:  
Sic facis, ut tota hæc non Libitina ferat.  
Defunctis vitam reddis; vitâq; fruentes,  
Egregia prohibes sedulitate mori.  
Sic tibi consultum est, alijs dum prospicis: estq;  
Communi que te gloria nobilitet.  
Dum famam solers alienam condis, eadem  
Tuq; tuum tollis nomen ad astra tubâ.  
Te simul & præsens & posteræ nouerit etas:  
Et tibi erit pulcrâ laude perennis bonos.

ICONES

ICONES,

SIVE

IMAGINES

Clarorum virorum

GRAECIAE &  
ITALIAE,

C V M

ELOGIIS diuersorum,

Autorum:

Partim ex Musæo IOVIANO de-  
promptæ: partim aliunde ad-  
quisitæ, & ad viuum ar-  
tificiosissimè ex-  
pressæ.

---

A

ARISTOTELES STAGIRITES

Magni illius PLATONIS, Philosophorum Dei,  
auditor per viginti annos  
integros,

Maximi illitus ALEXANDRI, Macedonum  
Regis, Doctor meritis  
simus:

Singulare vir ingenio ac penè  
diuino:

Quem dubites, scientiāe rerum, an scriptorum  
copia, an eloquendi facultate, an inventio-  
num acumine, an varietate ope-  
rum putare debeas  
clariorēm:

Princeps Philosophiæ Peri-  
pateticæ,

Quam summa cum admiratione omnium  
Athenis in Lycco professus  
est,

Non sine maleuolorum invidia, &  
æmulatione,

Perpetua virtutis & felicitatis  
comite:

Mœrore animi extictus anno ætatis suæ LXIII.  
Olympiadis c x i v . vitam cum  
morte commu-  
tauit.

ARISTOTELES PHILOSO.  
PHORVM PRINCEPS.



*Agnosce effigiem . Naturæ maximus hic est  
Condus opum, atq; idem promus Aristoteles.*

A 2

In ARISTOTELIS Iconem.

VALENTINVS THILO  
LIGIVS.

Talis Aristoteles canâ sub imagine fulsit,  
Cùm regeret viui corporis ossa calor.  
Talis erat, Veri præcō; fax nuncia rerum,  
Quas mare, quas tellus, quas polus orbe tenet.  
Talis erat, sophia vaga qui vestigia flectit,  
Qui mare, qui terras, qui docet ire polos.

In EANDEM.

OÙTΘ· Aεισοτέλης, μετρῶν χάροντα καὶ πόλον ἀσφαρν.

In EANDEM.

Nος καὶ Αεισοτέλης φυχὴ, τύπος ἀμφοτέρων εἰς.

In EIVS DEM mortem, IVLII  
CAES. SCALIGERI.

Ne perge, ne Viator: hic sistas gradum.  
Ultrā ne promouere posse te putas?  
Hic meta mundi: hæc finis orbis ultima,  
ARISTOTELES, haud totus, haud semis, nego,  
Tantilla tanti portio miraculi.  
Magnine dicam interpretem clarum poli  
An emulum? alterasq; nature vices?  
An super hæc, & omnia alibi possimus  
Quæ dicere, & quæ dicere hic non possimus?

Appren-

**C** Apprende mente: si tamen mentem Dei  
Qui comparē par prendit , singulis q̄ omnes fuit:  
Penes Deos homo, penes homines Deus.

**M. ANTONII CASANOVAE.**

**C** Vno oculo vnū hominē mirum est potuisse videre,  
Quicquid cœlum oculis prospicit innumeris.  
Ni tot lumina habet, quot verba. at fallimur, vni  
Ni verbo innumeros credimus esse oculos.  
Iure ab Aristotele nil cœlum distat: vterque  
Dum videt æternis omnia luminibus.

**IOAN. PEDIONEI.**

**C** Omne genus rerum docuit Stagirita: sed idem  
Virtutum docuit non minus omne genus.

**ANONYMI.**

**C** Naturæ pius Interpres, morumq; Magister  
Summus Aristoteles omnia ritè docet.  
Vicit hic in quoquis studio veteresq; nouosq;  
Et nullos habuit qualibet arte pares.  
Hunc bene cognoris, omnes cognoveris: omnes  
Hauserunt huius gurgite, quicquid habent.  
Quid sit Amaltheæ cornu si scire laboras,  
Quid sit , Aristotelis lectio sola dabit.

---

Sed perdifficiles nodos habet optimus auctor:  
Obscurum breuitas hunc quoq<sub>3</sub> s<sup>e</sup>pe facit.  
S<sup>e</sup>pius inducit tenebras librarius error:  
Multaq<sub>3</sub> de scriptis interiere viri.  
Forsan & ignau*i* compendia stulta sequentes  
Scripta viri multis dissecuere modis.

---

VALENTINI THILONIS  
LIGII.

Nuper Aristoteles stygijs vestigia campis  
Extulit, agnatos visus adire polos.  
Infrēndens Lachesis; quin his, ait, obuia cæptis  
Cæpta mei fati vindice iure fero!  
Dixit, & heu propero Sambucum funere raptat,  
Et cito Zvingeri pollice fila secat.  
Fleuit Aristoteles, stygijsq<sub>3</sub> relapsus ad umbras,  
O, ait, eterno funere nunc morior!

CLAV-

CLAVDIUS PTOLEMAEVS ALEXANDRINVS Mathematicus.



Per me doctrinae totum diuina Matheſis  
Corpus habet: cuius gloriōr esse parens.

A 4

CLAVDIVS PTOLEMAEV<sup>S</sup> na-  
tione Aegyptius,

Sub MARCO ANTONINO Imper.  
Romano,

Liberalium artium ac Græcarum litera-  
rum studiis Alexandriæ  
clarus:

Qui primus apud Græcos cœli rationem  
diligentius explicuit:

Inuenta ab HIPPARCHO instrumenta  
clarius demonstra-  
uit:

De Musica & rebus aliis, tum de Geo-  
graphia absolutissimè  
scripsit:

Princeps doctrinæ Mathe-  
maticæ:

In Astrologiæ præsertim scientia  
nulli secundus:

Monimentis ingenii & doctrinæ relictis penè di-  
vinis mortuus etiamnum inter  
mortales vivit:

Aeterna gloriæ laude victurus  
perpetuò.

In

In CL. PTOLEMAE VM  
Epigrammata.

BRVNONIS SEIDELII.

*Me cœli summo studiorum iure parentem  
Dicas: nota mihi tota Matthesis erat.  
Collegi, quod in his docuerunt artibus omnes:  
Ac sunt ingenio multa reperta meo.  
Conscripti totum doctrinae corpus: ut inde,  
Qui veros fontes optat habere, petat.*

HIERON. TREVTLERI.

*Affice, quisquis aues Ptolemai noscere vultus:  
Cuius Atlantiacus viuit in orbe labor.  
Magna viri, fateor, cognoscere scripta voluptas:  
Inuncta tamen facies maius an instar habet?*

VALENT. THILONIS.

*Corpore gestat Atlas cœlum, cœlū Herculis ausus  
Sustinet, ac lato corpore portat onus.  
Pectore surgit humo, cœliq; euadit in arces  
Claudius, & plenâ sidera mente capit.  
Corpore magnus bonus surgit, sed gloria maior  
Pectore, quò pectus corpore maius erit.*

SSC

MARCVS TULLIUS  
CICERO.



romani pater eloquy, patriæ pater idem:  
Prima mihi meritò palma sub orbe datur.

M. Tvl.

MARCVS TULLIUS CICERO

ARPINAS,

Romanorum Oratorum omnium  
celeberrimus,

Optimus & docendi, & dicendi  
Magister:

Per omnium honorum gradus ad Con-  
sulatum etiam progressus:

Libertatis publicæ VINDEX,  
Reipubl. LIBERATOR,

Patriæ PATER

A S. P. Q. R. primus salutatus:

Lege Agraria fracta: CATILINAE coniura-  
tione inhibita:

Inuidia virtutis tantæ comite,  
Patriâ post à P. CLODIO Trib. Pl.

pulsus:

Sed omnium Pop. Rom. ordinum summo  
consensu reuocatus:

Senex tandem à M. ANTONIO Triumuiro, quod  
nimium amans Reipubl. foret,  
proscriptus:

Ceruice à sicario Popilio olim liberto  
suo, incisa,

Magno cum bonorum omnium luctu & dolore,  
vnâ cum libertate Patriæ,  
periit:

Anno ætatis LXIII. ab V.C. DCCXII.

---

TUMULVS.

M. TULLI CICERO HAVE

ET TV

TERTIA

ANTONIA.

In MARC. TULLIUM  
CICERONEM.

IOAN. IACOBI BOISSARDI.

Quem facies hæc picta refert? scire expertis? ille est  
Romani princeps Tullius eloquij.

M. ANTONII CASANOVÆ.

Quod maius lumen, Demosthenis, an Ciceronis?  
Hic nullum, paucos ille pares habuit.  
Hic decus, ille aurum præfert. hic fortis, at ille  
Degener. eloquium hic donat, at ille locat.  
Profuit æfiduè hic, nunquam ille ast obfuit. illi  
In miseros studium, huic dicere pro miseris.  
Immò cum Spartis Thebas, & congere Athenas:  
Quod mentita sibi est Græcia, habet Cicero.

IVL. CAES. SCALIGERI.

Accipite, ô Decij, ô patriæ spes vltima victæ  
Hanc animā in cœtum, magne Camille, tuū.  
Namq; ego nūc vbi opē nequeo iā ferre: quod egi,  
Non quod agēt vestra buc libera in astra fero.  
Obstiteram forti: imbelli dederam arma. feroci  
Displicui: nostra est alter abusus ope.  
Ille tyrannigenis potuit male sobrius armis  
Tollere tam linguae libera iura meæ.

---

At

At iibi qui licuit? cui nempe ego tela dedisse,  
Quisnam in me verti non pudet esse nefas?  
Heu patriæ cineres! patriæ ô morientis imago!  
Non poteram non iam te moriente mori.

### FAVSTI SABAEI.

Tantus eras Cicero, quod dum tibi vita maneret,  
Seruitum haud poterat Martia Roma pati.  
Hac ratione cadis dextra & ceruice recisis:  
Ne patriam lingua, ne tueare manu.

### VALENTINI THILONIS LIGII.

Dum mihi mellatuis, Cicero, fragratis hortis,  
Ambrosia & puro Nectare sparsa, lego:  
Exsecror Antoni furias; sed lator ab ausis;  
Nam tua dum scindit guttura, melia fluunt.

### NIC. REVNERI.

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit:  
Et bene, nam patriam liberat hoste suam.  
Serua sed heu, cæcis & parens arguit hostem  
Siue Clodi imperijs seu Catilinatuis.  
Pulsus ab Urbe, dehinc furijs crudelibus actus,  
Antoni, & cæsus militis ense tui.  
O patriam ingratam! ô mores! ô tempora! fidum  
Quam nihil est toto, quam nihil orbe pium.

DANTES ALIGERVS  
POETA.



Conduor Etruscae linguae, bonus esse Poeta  
Glorior: ingenium Comica Musa probat.

DANTES

DANTES ALIGERVS FLO-

RENTINVS HETRVSCVS:

Mentis indole excelsa, summâ virtute  
præditus:

Florentiæ primò Octouirali supremæ potestatis functus Magistratu:

Mox exul, fato nescio quo, à factiosâ patriâ, (heu nimium ingratâ) proscriptus:

Eâ demum abdicatâ, fœtibus ingenij egregiis, ac in primis Heroicâ Comœdiâ illâ, Platonicæ eruditionis lumine plenâ, perillustris, totius ciuitate Italie redo-  
natus:

Poëta sui seculi excellens:  
Etruscæ linguæ conditor:

Mortalis pariter, ac immortalis vitæ gloria plenus:

Obiit Rauennæ nondum senex, anno  
æt. LVI. clar. M. CCC.XXI.

---

T V M V L V S.

IVRA MONARCHIAE, SVPEROS, PHLEGETHONTA, LACVSQVE

LVSTRANDO CECINI, VOLVERVNT FATA QVOVSQVE:

SED QVIA PARS CESSIT MELIORIBVS HOSPITA CASTRIS,

AVCTOREMQVE SVVM PETIIT FELICIOR ASTRIS:

HIC CLAVDOR DANTHES PATRIIS EXTORRIS AB ORIS:

QVEM GENVIT PARVI FLORENTIA MATER AMORIS.

BERNARDI BEMBI.

Exiguâ tumuli Dani hec hic sorte iacebas:  
Squallenti nulli cognite penè situ.  
At nunc marmoreo subnixus conderis arcu:  
Omnibus & cultu splendidiore nites:  
Nimirum Bembus Musis incensus Etruscis  
Hoc tibi, quem in primis hæ coluere, dedit.

RENOVAT. ANNO SAL. ICccc. LXXXIII.  
VI. KAL. IVNII.

MICH. MARVLLI.

Quis sacer hic, Erato, vates, dic aurea? Dantes  
Aliger. at vocis quod genus, & numeri?  
Vox patria illa viro numeros sine nomine nuper  
Miserat auctoris Sicelis Aetna sui.  
Materiam nanc ede! animarum horreda pericla,  
Quodq; iter ad superos, ad Styga quodq; ferat.  
Vnde domo? veterem agnoscit Florentia alumnu.  
Ecque tot merces dotibus? Exilium.  
Heu sortem indignam, & virtutibus inuidæ secla:  
Quamvis cui virtus contigit, & patriæ est.

IOAN. LATOMI.

Maior ab exilio parta est tibi gloria, quam si  
Non essem patriam vertere iussus humum.  
Ingenio siquidem stimulos dolor addidit, & te  
Fecit ad ignotos condere verba modos:  
Ut modò nō certent de te tantùm oppida septem:  
Italia affirmet tota sed esse suum. FRAN-

FRANCISCVS PETRARCHA  
POETA.



Rhetora fortuna Medicina viriusq; Sophumq;  
Africa me vatem sponte Latina facit.

B

FRANCISCVS PETRARCHA apud

INCISAM, patre Florentino exule  
natus in Hetruriâ:

Magistri optimi DANTIS optimus

Discipulus:

Incomparabili diuini ingenij virtute,  
& solertia:

Clarus & ORATOR & PHILO-  
SOPHVS:

POETA sui seculi, in eo genere præsertim, quod  
Amatorium vocatur, castitate, candore,  
dulcedine, omnium Poëtarum  
nobilium, & primus &  
vltimus habi-  
tus:

Opere illo præclaro de verâ Sapientâ, &  
vtriusque Fortunæ remediis in  
primis celebra-  
tus:


Pro Africâ Latinâ à se scriptâ in Capitolio  
primus insigni laureâ  
decoratus:

Qui literas à multo æuo miserè sepultas,  
è Gothicis sepulcris ex-  
citatuit:

Princeps Italicæ linguæ, & auctor  
abolutiss.

Concessit naturæ planè senex, Arquati,  
Patauini agri vico:

Anno ætatis Lxx. claruit  
M. CCC. LXXIV.



. T V M V L V S.

FRAN. PETRAR. PAVL. VALDECUVVS  
PAT. POEMATVM EIVS ADMIRAT.  
ÆD. AGR. Q. POSSESSOR. HANC EF-  
FIGIEM P. ANNO M. D. LXVII. IDIB.  
SEPTEMB. MANFREDINO COMITE  
VICARIO.

---

FRIGIDA FRANCISCI TEGIT HIC LAPIS  
OSSA PETRARCHAE:  
SVSCYPE VIRGO PARENTS ANIMAM, SA-  
TE VIRGINE PARCE:  
FESSAQVE IAM TERRIS, COELI REQVIE-  
SCAT IN ARCE.

---

SEBASTIANI BRANDI.

Gloria Petrarchæ tanto est cumulata decore,  
Ut nil huic addi, nil minuïre queat.  
Quicquid enim humanis potuit cōlectier usquā  
Uſibus excultis, arte vel ingenio:  
Hoc meus ingenuè nouit bonus ille Poëta:  
Calluit hic cunctas funditus historias.  
Omnibus his ſpretis (ſed enim hæc fucata veneno  
Secula mortifero) liquerat illecebras.  
Et nemora & mōtes habitas colit atq; ſrequentat:  
Secreti calles, & loca ſola placent.

---

Proinde sibi obtinuit famamq; decusq; perenne:  
Et fieri meruit carior inde Deo.

B. ARIAЕ MONTANI.

Vatibus ignotum priscis Franciscus amorem,  
Et coluit purum, versibus & cecinit.  
Primus item nostro fugientem ex orbe Latinam  
Dum sequitur Musam, pellicit & renocat.

IOAN. LATOMI.

Qui tanta Etrusci carminis dulcedine,  
Tamq; astuosis vexeris praconijs  
Tuam puellam, vt nemo te non crederet  
Flagrare, quantis nec vel Aetna incendijs;  
At qui idem amoris frigidus neglexeris,  
Quem spectat omnis amans, vel in tenebris scopū:  
Amasse Lauram, an Lauream te dixerim?

P. MELISSI.

Lustra quattuor vnicamq; messem  
Amasti ingenuè Petrarcha Lauram;  
Sed quam cernere sat superq; quisti.  
Lustra quattuor, ampliusq; iam nunc  
Amauit Schedius suam Rosinam.  
Sed que cernier impetrata nunquam.

Vtri mitior adsuit Dione?

Vtrifortius imperat Cupido?

PAVLI VERGERII.

Illustres celebrare viros, medicamina utramque  
Porrigere in sortem, tranquillæ munera vitæ.  
Dicere Franciscus potuit: tractauit anhelos  
Ore potens triplici, materno stamine, amores;  
Carmina Pastorum sensus condentia miros,  
Quum caneret Magnum, gracili spirauit auenâ:  
Africa cantata est, fausto res nomine digna:  
Multaq; præterea a vario deprompsit ab ore:  
Ultima sacratis studijs dans tempora vitæ.

GEORGII FABRICII.

Romani post Imperij lingua&q; ruinam,  
Petrarchæ cinxit laurea prima comas.

IANI IAC. BOISSARDI.

Italiâ scriptis viuit celeberrimus omni:  
Qui nunc Euganeo colle Petrarcha iacet.

BARTOLVS IVRIS.  
CONSVLTVS.



Per me si Iuris lux toto claret in orbe:  
Ex merito Iuris nonne Luccerna vocer?

BARTO-

BARTOLVS SAXOFERRATI, VM-  
BRIAЕ oppido, ad SENTINVM  
annem natus Anno  
M. CCC. III.

Magno perspicacis ingenij acumine  
præstans:

PETRO ASSISIO in Philosophia CYNO  
in Iurisprudentia Doctore vñus  
præcipuo:

Summos in eâ adeptus honores BONONIAE,  
ætatis anno XXI.

TUDERTI primò ASSESSOR causarum  
criminalium dijudicandarum  
constitutus:

PISIS dein, & PERVSIAE Ius ciuile, magna cum  
laude eloquentiæ & sapientiæ  
professus:

Præcellentis doctrinæ suæ documenta orbis uni-  
uersi Gymnasiis, non modò tot & tanta  
Iuris volumina, sed &

Hæredes

Infinitos propè Discipulos, amore Filiis  
pares, post se relinquens  
sempiterna:

Carus suis, admirandus  
exteris:

CAROLI IV. AVG. CAES. SENATOR eximius,  
ab eo Regni sui Boëmici insignibus,  
virtutis causa, vtrò no-  
bilitatus:

Obiit PERVSIAE anno ætatis XLVI. fato  
ereptus, Salutis M. CCC. LV.

P. MYRTEI.

Hic est Bartolus ille, iuris ingens  
Lux, & commodus explicator hic est:  
Quem mors ante diem abstulit maligna.  
Heu mors inuida, & æuo iniqua nostro,  
Et Quæ leges iterum iacere cogis.

IOAN. LATOMI.

Vnquam si poterunt perire leges,  
Cum ipsis Bartole legibus peribis.  
Ast si harum steterit perenne nomen,  
Non est quod timeas mori percennis.

VAL. THILONIS LIGII.

Bartole, dum morsu digitum furiante catelli,  
Sparsaq; lethœo viscera felle gemis: (des:  
Parce, Themis clamat, me me, canis improbe mor  
Parce, veneno isto viscera nostra madent.

MATH. GRIBALDI.

Militia vexilla sacra fert Bartolus: errat  
Qui sibi vult alium præposuisse ducem.

IANI IAC. BOISSARDI.

Iura doces populos æquâ libranda bilance  
Intricata tuis, Bartole, temporibus.

JOSEPHI à PINV EREO-  
stichon.

Expleuit clarus natales Bartolus annos:  
Assurgit Muris quâ Patauina suis.

---

LEONAR-

LEONARDVS ARETINVS  
ORATOR & HISTO-  
RICVS.



Prima meo, Grae lingue dat patria laudem  
Ingenio, eloquij flumine clara mei.

B 5

LEONARDVS BRVNVS ARETINVS  
Græcis Latinisque literis  
eruditiss.

Quarum decus ipse primus in Italiâ , à multis  
seculis Barbarorum immanitate pro-  
culatum,rursus erexit,atq;  
restituit:

Cui rei esse poterunt documento egregia ipsius  
opera, partim ab eo conscripta,partim  
è Græco in Latinum optima  
fide traducta:

Magister Epistolarum Pontificis Rom. IV.  
fidelis pariter ac integer:

Florentiæ demum à secretis Reipublicæ  
constitutus:

Cuius historia quoque ab eo eleganter  
descripta, in manibus  
habetur:

Tandem senex diuitiis & gloriâ  
plenus:

Functus vitâ decessit Florentiæ anno  
salutis M. CCCC. XL. ætatis  
LXXIV.

---

### T V M V L V S.

POST QVAM LEONARDVS E VITA MI-  
GRAVIT,

HISTORIA LVGET, ELOQVENTIA MVTA  
EST:

FERTVRQVE MVSAS TVM GRAECAS, TVM  
LATINAS, LACRYMAS TENERE NON PO-  
TVISSE.

---


IOAN.

IOAN. LATOMI.

Si quis benè vnquam meritus est de literis,  
Is Leonardus erit:  
Qui fluctuantes litteras Pelasgicas,  
Exilioq; vagas  
lam iam futuras: scilicet Byzantij  
Sceptra premente Deo,  
Latè exitatis Barbaris: Quiritium  
Primus ad arua vocans,  
Septena duxit Vrbis ad palatia:  
Vnde statim Italiam  
Misis per omnem plurimis colonijs,  
Tam benè nunc habitant;  
Solo vt nequirent in patrio opulentius.  
Proin Leonarde tuo  
Fruere merito, gens Latina litteras  
Dum colet Argolicas.

GEORGII FABRICII de Proco-  
piana LEON. ARETINI  
Historia.

Ausoniam Gotthi cepere, & Vandalus vibem:  
Maiores, pubes Teutona, nosce tuos.



POGGIVS FLORENTINVS  
ORATOR & HISTO-  
RICVS.



*Si nimium tibi fortè dicax, nimiumq; facetus  
Si vocor, historicus sim tibi quæso bonus.*

IOAN.

IOANNES FRANCISCVS POGGIUS  
e TERRANOVA Florentinæ ditionis  
oppido, oriundus:

Magni ingenio, consilio prompto, mira  
facundia:

Sed & callidus, & paulò nimium facetus  
ac dicax:

Magister Epistolarum Romæ sub EV-  
GENIO & NICOLAO Pon-  
tificibus Max.

Multis fœundi ingenij operibus tum à se  
scr. ptis, tum conuersis è Græco  
in Latinum ce-  
lebris:

Consummatus Orator, & Historicus  
elegans:

Quod vel Florentina Historia ipsius, &  
tot Orationes disertæ,  
aliique

Libelli de Infelicitate Principum, varietateque  
fortunæ conscripti, abundè  
declarant:

Obiit FLORENTIAE senex iam exa-  
cte ætatis, anno salutis  
M. CCCC. XX.

PETRI MYRTEI.

Olim Pierides, olim Florentia Mater,  
Viuente risit Poggio.  
Nunc iumulum hunc adit, & donū pro carmine  
Fert, proqz risu lacrymas. (flores  
Quæ nisi pro verā modō sint pietate, rogabit  
Arnus ministret ut suas.

ACTII SYNCERI.

Dum patriam laudat, damnat dū Poggius hostē,  
Nec malus est ciuis, nec bonus Historicus.

IOAN. LATOMI.

A grauibus potui studijs, qui clarus haberis:  
Corrupi ingenium plus satis ipse meum.  
Conuerti ad rixas animum, nugasqz facet as:  
Sed Cato quas nolit, quasqz Sabina legi.  
Hac ego quæsiui vitam male sanus in herbâ:  
Heu facit ad vitam, sed nihil ista seges:  
Viuo tamen; sed nō aliter, quam Herostratus ille;  
Quæsita, & parta est crimine vita meo.  
Vos moneo, ingenio quicunqz & ab arte valetis:  
A solidis vitæ querite rebus opem.

IANI IAC. BOISSARDI.

Felle armata tibi manus est: multoqz cachinno  
Tinxisti, & nudo scripta proterua sale.

STEPHA-

STEPHANI PASCHASII.

Ludicra sic recitas, cures ut seria, doctum  
Qui Fabium Stygijs afferis à tenebris.

TVMVLVS.

D. O. M.

IOANNI FRANCISCO POGGIO FLO-  
RENTINO, CVM VIRTUTE & CON-  
STANTIA, MORVMQVE GRAVITA-  
TE, VITA INTEGERRIME ACTA,  
PATERNA SVAQVE LAVDE ELO-  
QVENTIAE AC LITERARVM, IURIS  
QVOQ. CIVILIS AC PONTIFICII,  
DIVINAEQ. SCRIPTVRAE CVMV-  
LATA DOCTRINA RELIGIOSE VI-  
VENTI, RELIGIOSIVS SVPREMO  
DIE FUNCTO, VINCENTIVS LV-  
CAE MARTINV, FRATRIS EIUS  
GENER, PARENTIS APVD SE LO-  
CVM SEMPER ADSECVTO, OPTI-  
MO MERENTI POS. VIXIT AN-  
NOS LXXIX. MENS. III.

1650

FLAVIVS BLONDVS  
HISTORICVS.



*Sollicitus Roma quid spectas rudera? Romam  
Quum legis, antiquam conspicis, atq; nouam.*

FLAVIVS

FLAVIUS BLONDVS FOROLIVII,  
AEMILIAE VIAE vrbe celebri  
natus:

Magniiudicij, & rari sollicitique  
ingenij homo:

Qui magno ausu, singulari industria, nec infelici  
euentu, multorum annorum intermo-  
rientes res gestas è tene-  
bris excitare  
orsus:

Præter Decadas, admodum eruditio operosoque  
volumine, de Româ triumphante collapsa,  
eaque demum instaurata, publi-  
cato, summam in literis  
auctoritatem ade-  
ptus est:

EVGENIO Pontifici Max. à  
Secretis:

Ob insignem operam, atque industriam, in anti-  
quis recentibusq; rebus, Italiz præsertim,  
& vrbis Romæ meritò  
suspiciendus.

Obiit Romæ septuagenarius, anno Christianæ  
salutis M. cccc. Lxiv. in Capitolio,  
extra limen Deiparæ  
Virginis sepul-  
tus.



T V M V L V S.

BLONDO FLAVIO FOROLIVIENSI HISTORICO CELEBRI, MVLTORVM PONTIF. ROM. SECRETARIO FIDELISSIMO BLONDI V. PATRI BENEM. VNANIMES POSVERE.

\* \*

VIXIT ANNIS LXXI. OBIIT PRIDIE NONAS IUNII. ANNO SAL. CHRISTIANAE M. CCC. LXIII. PIO PONTIFICE MAXIMO SIBI NATISQUE FAVENTE.

JOSEPHI à PINV Eteostichon.

*Flagrantis pressit Phœbi rota clara Lacones:  
Fata ut te propero Blonde tulere pede.*

IANI VITALIS.

Eruis è tenebris Romam dum Blonde sepultam:  
Es nouus ingenio Romulus atque Remus.  
Illi urbem struxere rudem; celeberrima surgit  
Hæc eadem studijs ingeniose tuis.  
Barbarus illam hostis ruituram euertit: at isti  
Nulla vñquam poterunt tempora obesse tuæ.

Iure

*iure triumphalis tibi facta est Roma sepulcrum:  
illi vt tu viuas, viuat vt illa tibi.*

**IOAN. LATOMI.**

*Dum stetit angusto Romanum limite Regnum,  
Termine, Dijs magnis aequiparandus eras.  
Cedebant illi venturo ex arce Tonanti,  
Custodi imperij mansit, vt ante, locus.  
Cur nunc mortali cedis, dic Termine, Blondo?  
Pondus habet meriti num Iouis, atque tui?*

**IANI IAC. BOISSARDI.**

*Flauius ecce iterū, Roma instaurata, triumphos,  
Arg⁹ antiquatib⁹ nomina restituit.*

**STEPHANI PASCHASII.**

*Enneas hāc illāc varie p̄fīm̄ḡ vagatur;  
Nec circumscripto limite Marcus agit.  
Historiam Blondus Romanae dedicat vrbi:  
Hunc tenet vrbis, eum detinet orbis amor.*

FRANCISCVS PHILELPHVS  
ORATOR & POETA.



*Culta parum fuerat mihi lingua Latina: Pelasga  
Me quoq; cum Graia coniuge, lingua capit.*

FRANCISCVS

FRANCISCVS PHILELPHVS TO-  
LENTINAS PICENVIS:

E Q V E S auratus, & PO E T A laureatus:  
ORATOR cum primis Græcè pariter ac Latine  
nè pereruditus:  
Qui Græcæ linguae flagrans studio, Græciā  
perlustrata, & Græcæ elocutionis  
magistrâ ductâ

vxore:

Græcorum CAES. BYZANT. nomine Orator ad  
Pont. Max. cæterosque Italie Prin-  
cipes alegatus:

Quum reuersus in patriam, sublimi æstuans inge-  
nio, neminem sibi exæquari literariā  
laude pateretur:

Plura quām quisquam aliis in omni doctrinæ  
genere volumina publicauit:

Ac profitendo singulis Italie in vrbibus eruditæ  
iuuentutis Academias ex-  
citauit:

Nullam spem nobilioris gloriae Latinis æmulis  
de Romana facundia:

Nullam dènique de Græcâ vel ipsis  
Græcis relicturus:

Inter Græca opera, Xenophontis & Plutarchi  
libellis aliquot, vt & Hippocratis,  
Latinitate donatis:

Vixit ad exactam ætatem nonagenario proxi-  
mus: vitâ functus Bononiæ:

Mario filio egregiè docto, paternæ virtutis  
potius, quām multæ substantiæ  
hæredē relicto.

P. MYRTEI.

Nunquid sat tibi non fuit Philelphæ,  
Lingue gloria nobilis Latinæ?  
Ni Græcas quoq; peruagatus vrbes,  
Dignus coniuge nuptiisq; Gracis,  
Ferres Timothei nouum triumphum?  
Cui, dum vnâ super ille dictione  
Tecum pignore certat, atq; barbam  
Abradi sibi ferre pollicetur,  
Victus: aut positam pecuniam abs te  
Victor auferat: abnegasti eadēm  
Barbam posse pecunia obtinere  
Victor: atq; nouacula expedita  
Barbam illius habere maluisti:  
tam nunc non Itale Philelphæ, sed sis  
Græca gloria nobilis palæstræ.

IOAN. LATOMI.

Lis super accentus Græci ratione Philelphum  
Timotheumq; inter( Græculus ille fuit )  
Orta est: dissidium placet hoc sospire periclo,  
Græculus es, barbam victor ut ille serat.  
Dij bene, Romanus superauit: & ille coactus  
Epacti barbam tradere lege fuit.  
Exultas spolio, Græcaq; vxore superbis:  
Non est ingenio laus minor ista tuo.

NICO-

NICOLAVS PEROTTVS  
PHILOLOGVS.



*Copia sit lingue, Cornu lege, quanta Latinae:  
Per mescis, Polybi, verba Latina loqui.*

C 4

NICOLAVS PEROTTVS SENTINI

VMBRIAЕ oppido, cui hodie SA-  
XOFERRATO nomen est, in  
lucem editus:

Latinis Græcisque literis apprimè  
eruditus;

Magni laboris, summæque industriæ  
homo:

Quod edita conuersaque ab eo opera præclara,  
& in his vel vnuſ Polybius grauissimus Historia-  
rum Scriptor egregiā fide Latinus, ac præterea  
Commentariorum linguaꝝ Latinę volumen (Cor  
nucopiaꝝ nomine posteā à Pyrrho nepote  
editum) ſatis luculentē  
testantur:

Ob eruditionem ac virtutem singularem  
Archiepiscopus Sipontinus  
creatus:

PERVSIAE VMBRIAЕ QVE, ſe ipſo maior  
Rector, ac Moderator li-  
berrimus.

Bene de Republ. literariâ  
meritus:

Excellit è vitâ ſenex apud SENTINVM  
in villâ FVGICVRA à ſe  
appellatâ.

Claruit anno M. CCCC. LXX.



---


P. MYR-

P. MYRTEI.

In villâ Fugicurâ obit Perottus:  
O villam nimis, & nimis beatam!  
Quæ viuentis heri leuare curas  
Posset, nunc cineres tenet sepulti.  
O villam domino beatiorem,  
Cui curas moriens reliquit omnes!

IOAN. LATOMI.

Cornu nobile Copiæ Perotti,  
Non quale Oleniæ puer Capellæ  
Sanxit Iuppiter, intulitq; cœlo:  
Aut quale Herculeâ manu reuulsum,  
Aetoli fluuij perenne vulnus,  
Thymo & baccare Naiades replerunt:  
At doctum, variumq; multiplexq;  
Et cunctis opibus, cupedijq;  
Quas Musæ Oenotrides amant, reservum:  
Hic ille est liber, ille Martialis  
Interpres, Latie illa lingua lingua,  
Cornu nobile Copiæ Perotti.



BARTHOLOMAEVS PLATINA  
HISTORICVS.



Pontificum vitas, & mores scribo: bonumq;  
Edoceo ciues nobile nosse bonos.

BARTH-

BARTHOLOMAEVS (qui & BAPTISTA) PLATINA Cremonensis:

Planè egens & obscurus, vnoque tantum  
ingenio nobilis:

APIO Pontif. Max ob doctrinam & eruditioñem  
eximiam Romæ Sacerdotio exor-  
natus minori:

A XYSTO Pontifice demum Bibliothecæ  
præfектus Vaticanæ:  
Insigni probitate, virtute, fide  
præstans:

Præter cætera opera Philosophica, de Vero bo-  
no, veraque nobilitate, deque honesta volu-  
ptate, & de Optimo ciue, aliaque  
complura, grauiter  
conscripta:

Pontificum Romanorum vitas, bonâ fide,  
& veritate simplice, accuratè  
complexus:

Obiit Romæ senex fato functus, Quirinalem  
domum cum Laureto ad coronan-  
dos Poëtas Pomponio  
relinquens:

Sepultus in Exquiliis ad Marię Maioris  
templum:

Claruit anno M. CCCC. LI.

---

TVMVLVS.

QVIS QVIS ES (SI PIVS) PLATINAM  
ET SVOS NE VEXES; ANGVSTE  
IACENT, ET SOLI VOLVNT ESSE  
DEMETRII ALVMNI.

ACTII SYNCERI.

Ingenia & mores, vitasq; obitusq; notasse  
Pontificum argutæ lex fuit historiæ.  
Tutamen hinc laute tractas pulmenta culinæ:  
Hoc, Platina, est ipsos pascere Pontifices.

PROSPERI SPIRITEI.

Qui res Pontificum sacras, & gesta piorum,  
Quiq; Ducum vitas nobile fecit opus:  
Quiq; modū docuit, quo laudet honesta voluptas,  
Et quo ne iuuenes torqueat acer amor:  
Pluraq;, quæ longum est properè censere, Viator?  
Omnia sidere & pignora mentis erant.  
Viuit adhuc Platina, & quanq; concederit Orco:  
Nil tamen in Vatem Parca seuera potest.

IOAN. LATOMI.

Dum res Pontificū strueret, propè fractus ab alto  
Collapsus est fastigio.  
Remulus auspicio est, quia sacræ conditor vrbis,  
Nec non Remus periculo.

DOMI-

DOMITIVS CALDERINVS  
POETA.



*Magnus dum magnos enarro Poeta Poetas,  
Peruigili fractus fata labore sequor.*

**D**OMITIVS CALDERINVS, VERO-  
NENSIS agii oppido CALDERIA,  
calidis aquis nobili,  
ortus:

A primâ adolescentiâ, acri flagrantique  
ingenio ad gloriam  
anhelans:

**P**atrono in studiis literarum usus BESSARIONE  
Cardinali amplissimo: Poëta  
elegans:

Poëtarum interpres Romæ acutus,  
& solers:

Quorum obscura sensa admirabilí reconditæ  
lectionis testimonio dilucidauit  
egregiè:

Literarij splendoris assertor, ac omnis ob-  
scuritatis illustrator passim  
acclamatus:

Commentariis interpretationum editis,  
non sine æmulorum  
inuidiâ:

Quum digna multis seculis opera  
conciperet:

Febre extintus rapidâ, florens ætate, laudeque,  
moritur, bonorum omnium cum  
luctu incredibili Romæ  
sepultus.

ANGELI

• ANGELI POLITIANI.

Hunc Domitius sicca tumulum qui transit ocellis,  
Vel Phœbi ignarus, vel male gratus homo est.  
Intulit hic Vatum cœcis pia lumina chartis:  
Obstrusum ad Musas hic patefecit iter.  
Hunc Verona tulit, docti patria illa Catulli:  
Huic lethum, atq; vnam Roma dedit iuueni.

EIVSDEM.

Asta, Viator, pulchrem vides sacrum,  
Quem verticosi turbat vnda Benaci:  
Hoc mutat ipsum saepe Musa Libethron,  
Fontemq; Sisyphi, ac vireta Permessi:  
Quippe hoc Domitius vagit solo primum  
Ille, ille doctus, ille quem probè nosti  
Dictata dantem Romule iuuentuti,  
Mira eruentem sensa de penu vatum.  
Abi, Viator, sat oculus tuis debes.

IOAN. LATOMI.

Heus tu, Viator, si vacat: sed accede  
Sic, vt neq; animâ, neq; strepitum molestus sis:  
Namque æger est, qui hic dormit, & caput lan-  
guet,  
Adhuc misello tinniens, ob illas, quas,  
Conuitiorum propè muliebrium pugnas

Pro litteris plus quām viriliter ges̄it:  
Humanitatis haud ferentibus Musis  
Decus, tam ineptē turpiterq; proscindi.  
Factum vnde credo, q; , bene meritum quamuis  
Etiamq; dum, virum, annuere sustolli.  
Tu Calderinum Domitium, satis si vis,  
Salueto notum: & rem tuam ito curatum.

IVL. CAES. SCALIGERI.

Ostendi panem canibus: saturi illico veri  
Exprobrant, si quid forte deesse putent.  
Incipite: inde sequar. vos si potiora videtis:  
Iam meliore animo quæ queremur; erant.  
Tutum est ad pelagi scopulos vidisse natantem:  
Peiores scopulis vos reor esse maris.  
Audenti furor ille grauis, grauis vnda pepercit:  
Ut foret, ingratus qui laceraret, aper.  
Affecta nauis facile est infigere clavum:  
At puppis tota hæc, totaq; prora mea est.

IOAN.

B. PLATINAE.

Campanus iacet hic humili contextus in vrnâ:

Qui vaga, dum vixit, sidera transfilijt.

Historias scripsit: dixit ceciniq; nec alter  
Philosophus roto clarior in Latio.

Nil mains natura tulit: miracula cœli  
Huius in ingenio cuncta stetere viri.

Deserto lugent Parnasi fonte sorores:  
Et tumulus refugas lucis hic vñus habet.

Vos quibus ingenium, en quò contēdimus omnes:  
Virtutis sola est gloria, quæ superest.

ANG. POLITIANI.

ille ego, laurigeros cui cinxit & insula crines,  
Campanus, Romæ delicium, hic iaceo.

Mî ioca dictarunt Charites, nigro sale Momus:  
Mercurius niueo, tinxit vtroque Venus:

Mî ioca, mî risus placuit: mibi vterq; Cupido:  
Si me fles, procul hinc, quo so Viator abi.

IOAN. LATOMI.

Campani ad tumulū sedet, & facundia muta est:  
Quo cum nempe viro tota propè interijt.

Aut si quid loquitur, triste est, & flebile, linguam  
Contenta in clades expeditissimam suam.

GEORGII FABRICII.

Tunc par ingenio precium, cùm tot tibi donis  
Pensauit paucos Bessarion elegos.

EMANVEL CHRYSORAS  
GRAMMATICVS GRAECVS.



Patria, Roma Noua; est Vetus altera patria Roma:  
In Latium per me Gracia ducta venit.

EMANVEL

EMANUEL CHRYSOLORAS  
BYZANTINVS:

Summa dignitate, & in docendo liberalis  
ingenij humanitate  
præstans:

Qui primus Græcas literas, variis Barbarorum  
irruptionibus expulsas, post DCC.  
annos in Italiā re-  
portauit:

Legatus eò missus à Ioanne Byzantino Imper.  
auxilij contra Turcarum Tyrannum  
imperandi causā:


Quā in regione subsistens posteā, Venetiis pri-  
mum, & mox Florentiæ, Romæque, ac demum  
Ticini, præmiis eum ingentibus euo-  
cante Ioanne Galeacio  
Principe:

Græcarum literarum studium excitauit  
feliciter:

Ex cuius Scholâ, tanquam ex Equo Troiano, in-  
numerabilis præstantiss. ingeniorum pro-  
diit soboles, in Europam  
vniuersam:

CONSTANTIAE demum in Synodo mortem  
cum vitâ commutauit:

Anno salutis Christianæ  
M. cccc. xvi.



IO. FR. POGGI.

Hic est Emanuel situs,  
Sermonis decus Attici:  
Qui dum querere opem patriæ  
Affecte studet, huc ijt.  
Res bellè cecidit tuis  
Votis Italia hic tibi  
Linguae restituit decus  
Atticae, antè reconditæ.  
Res bellè cecidit tuis  
Votis Emanuel, solo  
Consecutus in Italo  
Aeternum decus es: tibi  
Quale Græcia non dedit,  
Bello perdita Græcia.

IOAN. LATOMI.

Illustres inter doctrinæ laude Latinos,  
Quem primum Argiuos conspicis ante suos:  
Ille est Emanuel, peritura ex Hellade modestas  
Qui primus Musas transtulit in Latium.  
Quā sedem̄ ut melius ferrent; etiamq; amarent;  
Miscuit hic strictis pallia lata togis:  
Ut qui sit vestem modò non induitus vtramq;  
sit dignus neutro protinus ille choro.

BESSA-

BESSARION CARDINALIS  
NICENVS, PATRIARCHA  
CONSTANTINOPOL.



Gracia me genuit; fuit Italis ora; galero  
Roma colit: vita sum Numa, & arte Plato.

D 4

BESSARION TRAPEZVNTI in

GRAECIA natus:

Summæ autoritatis & virtutis  
homo:

Rom. Ecclesiæ CARDINALIS Nicenus, & PA-  
TRIARCHA Constantinop.

Primus ex Græcis, vna cum Isidoro, communibus  
Patrum suffragiis in Concilio Flo-  
rentino electus:

Quo nemo suorum æqualium Christianâ pieta-  
te spectabilior, nemo admirabilior doctrinâ, ne-  
mo deniq; generosis moribus ornatior,  
nullis seculis in eo Senatu  
fuit iudicatus:

Singularis literarum & literatorum, Græciâ  
præsertim exulantium, patronus  
& hospes:

Præter Commentarios de fidei Christianæ arti-  
culis quibusdam, multis lucubrationibus erudi-  
tissimus in omni doctrinæ genere, ac in primis e-  
tiam Platonis, Aristotelis, Xenophontis  
libris in Latinum è Græco tra-  
ductis per celebris:

Optimè de Repub. meritus:

Legatus ex Galliâ rediens, morbo correptus  
Rauennæ moritur, anno  
ætatis LXXVII.

Sepultus Romæ in Templo  
Apostolorum.

Clariuit anno salutis Christianæ  
M. CCCC. LXXIII.



---

TVMV-

## TVMVLVS.

BESSARIO EPISCOPVS TVSCVLA-  
NVS, S.R.E. CARD. PATRIARCHA  
CONSTANTINOP. NOBILI GRAE-  
CIA ORTVS ORIVNDVSQVE, SIBI  
VIVENS POSVIT, ANNO SALVTIS  
M. CCCC. LXVI.

Τετ' ἐπ Βιαστέων ζῶντας οὐ μητε σῆμα.

Πνεύμα δὲ φλέγεται τοῦτος θεὸς αἰτιάτος.

BESSARION FECI HVNC TVMVLUM QVI  
CONDERET OSSA:  
VENERAT Vnde Olim SPIRITVS, A-  
STRA PETET.

## MAIORANI SALENTINI.

Viuens adhuc feci hoc sepulcrum corpori  
Bessarion, ad Deum remittens Spiritum  
Me docta genuit Gracia: at honores dedit  
Vrbs Roma, qua mihi perpetuò est patria.

## IANI VITALIS.

Non tibi sit laudi sanctum celebrasse Platonem,  
Castaque Socratice frena pudicitiae:  
Non quod virtutum exemplum, qd lumē honoris,  
Quod Sol extincta religionis eras.

Verum quod per te migravit Graecia Roman:  
Et didicit Latios Attica Musa sonos.  
Per te hinc Romanas miratur Tybris Athenas,  
Argolicam & Romanam Graecia Bessarion.

IOAN. LATOMI.

Damna quis amissae si nesciat Helladis, uno  
Maxima metiri Bessarione potest.  
Qui si Romanas esset moderatus habens;  
Sortitus nostrum post sua fata Pium:  
Secula vidissent summum par illa virorum;  
Quale nec villa prius hora vel ora tulit.

GEOR-

GEORGIVS TRAPEZVNTIVS  
RHETOR & PHILOSOPHVS.



Rhetor eram, clarusq; Sophus: non vile Platonus  
Me, sed Aristotelis nobil'e dogma capit.

GEORGIVS TRAPEZVNTIVS  
in CREA natus, Anno M. ccc. xcvi.

Patre ciue quondam TRA-  
PEZVNTINO:

Summo vir ingenio, & ad lucubrandum  
maximè valido, vehe-  
mentique:

Peripateticæ sectator Scholæ in Philosophiâ  
perstudiosus:

Summus admirator Aristotelis: Platonis  
contemptor maximus:

Cuius dogmata etiam, & mores, famoso edito  
volumine, peracerbè ac insolenter in-  
cessere minimè verecun-  
datus est:

Primus ferè Græcorum Romæ, eo tum seculo  
renaſcentibus literis, interpres autorum  
Græcorum existimatus fe-  
licitissimus:

Quod liquidò ex compluribus non Philosophi-  
cis solùm Aristotelis, Hermogenis, Ptolemai: sed  
& sacris, Eusebij, Cyrilli, Chrysostomi, Gregorij  
Nisseni, & aliorum operibus in  
Latinum conuersis  
constat:

Obiit Romæ senex decrepitus, ac prope-  
modum delirus, & quasi  
repuerascens.

Claruit anno M. cccc. xxxv.

---

ANONY-

ANONYMI.

Hac vrnâ Trapezuntî quiescunt  
Georgij ossa, parum deis amici:  
Quod acri, & nimium procace lingua  
Platonem superis parem petiuit.

IOAN. LATOMI.

Quum nomen tumulus meum loquatur;  
Qui sim, vel fuerim, vel hic sepultus  
Dormiam, an vigilem, rogare noli,  
Et turbare meam, precor, quietem.  
Nam cur ingenij tot illa nostri,  
Tibi, inquam, monumenta publicauit:  
Quam nunc ne fieres mihi molestus,  
Atq[ue] me melius, mea inde noscas?  
Nam vita incolumi, valens vidensq[ue],  
Amisi omne penu mei cerebri,  
Insectando malum Platona. Sed tu  
In crucem, qui iterum facis, Platonî  
Ut miser male vapulem, ito, abito.

IANI IAC. BOISSARDI.

Dum seruit Getico regi subiecta Trapézus:  
In Latio viues commodiore loco.

THEODORVS. GAZA RHE-  
TOR & GRAMMATICVS.



*Altrix Roma, parens cui Grecia, Graecia Magna  
Fit tumulus: lingue Gaza utriusq; vocer.*

THEO-

THEODORVS GAZA THESSALONICAE honesto loco natus:  
Acumine, tertilitateque ingenij nemini  
secundus:  
Quum Græcos omnes linguae peritiā, eruditioq;  
iudicio superaret:  
Quin & Latinarum literarum, quas in Italia  
didicit peritissimus:  
Pari felicitate Latina Græcè, & Græca Latinè,  
admodum exactè certeque  
interpretatus:  
Quod, præter Hippocratis Aphorismos, & Problemata Aristotelis, Latina eiusdem Historia de Animalibus, & Theophrasti de Plantis, & Aelianus de Acie instruenda, ut & M. Tullius de Senectute liber Græcus redditus, aliaque opera  
nobilissima satis abunde  
contestantur:  
Perpetuis lucubrationum vigiliis, Sacerdotium  
in Magnâ Græciâ, Bessarione commen-  
dante, promeritus:  
Fato functus planè senex  
decessit:  
Anno Sal. M. CCCC. LXXIIX. forte haud iniquâ,  
tanquam de vtraq; lingua bene meritus,  
in Magnâ Græciâ tu-  
mulatus.

---

MICHAELIS MARVLLI.

Hic Gazes iacet, & Gazæ Sophia addita mater:  
Alterutru quoniam mors rapere haud potuit.

ANGELI POLITIANI.

Heu sacrum caput occubuit Theodorus, & horā  
Vnā obière omnes reliquiae generis.  
Nec tamē hoc querimur, nimis est potuisse videri:  
Non erat hic nōstro tempore dignus honos  
Hoc dolet heu, q̄ neutra patri est nunc lingua su-  
Quæ mittat iustas Manibus inserias. (perstes,

EIVS DEM.

Cū terrā hīc noſſet Theodorus, & aëra & vndas:  
Iam restant, inquit, ſidera: Terra vale.

IO. IOVIANI PONTANI.

Sume lyrā, dic Musa modos, dū condimus vmbra:  
Et puer, & coluit numina veftra ſenex.  
Indignus tellure, deos Theodore petiſti:  
Sera quidem, tamen eſt longa parata quies.  
Virtute, ingenijq; bonus hoc ipſe paraſti,  
Vt cœli aſpiceret aurea tecta ſenex.  
Nos artus terrā tegimus: tu caſte ſacerdos  
Da requiem: aternū tam Theodore vale.

IO. PIERII VALERIANI.

Roma olim abſtulerat Graiae decus omne Miner-  
Siue opus ingenio, ſiue opus arte foret. (uæ:  
Gaza ſed Argiuæ clarissima gloria gentis,  
Reddiderat patriæ nunc ſpolia illa ſuæ.  
Dumq; pari Ausoniæ conatu consulit & dum  
Muſarū, & linguae dux utriusq; viget:

Sublatuſ

Sublatus fato traxit secum omnia, & uno hoc  
Spes Italum, & Graium fama cadente cadut.

IVL. CAES. SCALIGERI.

Barbariem qui expugnaui, me barbarus hostis  
Expulit: at pulsus sic quoq; victor abij.  
Auexi patriam ex patriâ sub pectore sancto:  
Quæ miseranda cani præda futura fuit.  
Inuexi Romam in Latium: cognoscite Romani,  
Quæ belli nullo turbine capta, viget.  
Pro quibus (ab) meritus, ô ter scelerate Tyranne;  
Qui caudæ es, Romæ diceris esse caput:  
Te viuente, vidente, iubente, miserrimus illâ  
Pauperie fractus, quâ tibi regnâ canis;  
En morior: morior verò, quia publica cura est  
Cuncta pati, & melius post sua fata tegi.  
Romule te iacta: iacta te maxime Theseu:  
Vestra est materies terrea; forma mea est.

IOAN. LATOMI.

Ille Deûm munus (ferthus & liba Sacerdos)  
Atq; aded hic lingue Gaza vtriusq; iacet.  
Græcia quem genuit, suscepit Roma: sepultum  
Communi titulo Græcia Magna fouet.

IANI IAC. BOISSARDI.

In patriâ poteras multo cumulatus honore  
Viuere: sed patriæ est Roma relicta vice.

IOANNES ARGYROPOYLVS  
PHILOSOPHVS.



*Magnus Aristoteles loquitur quòd in orbe Latine:  
Post Gazam, meritum debet id omne mihi.*

IOAN.

IOANNES ARGYROPYLVS BYZAN-  
TINVS, pereruditus homo & Græ-  
cis Latinisque literis  
deditus:

Othom anicis armis patriâ pulsus, in Ita-  
liam confugiens, cum cæteris  
Græcis:

COSMI MÈDICIS perbenignâ exceptus  
liberalitate:

PETRO filio, nepotiq; LAVRENTIO ab eodem  
Præceptor datus, & ab vtroque pa-  
rentis loco habi-  
tus:

FLORENTIAE dehinc, & mox ROMAE Græcos  
Autores, & cum primis Aristotelem, ma-  
gna cum laude publicè  
professus:

Cuius deinde aliquot volumina, maximè Natu-  
ralia & Moralia in Latinum  
egregiè sermonem  
translulit:

Obiit ROMÆ Septuagenarius, febre extinctus  
autumnali, ex immodico melope-  
ponum esu accersitâ:

Anno Salutis Christianæ  
M. D. LXXI.



IOAN. LASCARIS, interpre-  
te MAIORANO.

Hoc Argyropylus, patriâ procul, alta Sophie  
Dogmata qui coluit, conditur in tumulo.  
Dat patria huic nomē: sacrū dat Roma sepulcrū:  
Nescio quæ potior huic fuerit patria.  
Illa genus, nomenq; dedit: verūm inclyta Roma  
Nutrinit, coluit, perpetuoq; tenet.

IOAN. LATOMI.

Hac Argyropyli teguntur vrnā  
Ambusti cineres, & ossa tantum:  
In quā nec cineres, nec ossa tandem  
Aetas inueniet: sed ampla nunquam  
Fama destituet locum sepulti:  
Quæ per docta hominum volabit ora,  
Totumq; afficiet stupore mundum:  
Donec Græcia Turcicos triumphos  
Indigno stomacho feret coquetq;.

MICHAEL

MICHAEL MARVLLVS TAR-  
CHANIOTA EQ: & POETA.



*Ne studijs simul erudit Dea Pall. as, & armis  
Carminibusq; fauet Musa Charisq; meis.*

E 3

MICHAEL MARVLLVS TARCHA-  
NIOTA EQVES Græcus:

MARTIS pariter & MVSARVM alumrus;  
MILES & POETA clarus:

Neque Latino solūm, sed Græco etiam  
carmine admirandus:

Quivel solus æuo suo apertissimè demonstrauit,  
Naturam parentem minimè adhuc effœtam, suā-  
que exhaustam virtute, ingenia &  
quidem optima cotidiè  
posse producere.

Post editos Epigrammatum & Hymnorum  
libellos MVSIS & APOLLINE  
dextro:

Quum grauiorum in studiorum ac operum  
meditatione solicite ver-  
faretur:

Elegantis homo ingenij ac  
iudicij:

Præter spem & votum:

Cœco violenter vnâ cum equo abreptus vado  
CAECINAE amnis in VOLATER-  
RANO (miser heu)  
interiit.

Bonorum omnium cum luctu ac desiderio incre-  
dibili i v. Idus Aprilis, Anno  
Sal. M. D.

MARCI

MARCI MARVLLI de  
seipso.

Inter mille neces, duriq; incommoda Martis,  
Quis putet Aonias posse iuuare deas?  
Met tamē ecce iuuāt, perq; arma enses q; sequūtur:  
Militiae comites nec pudet esse mee.  
Quæq; manus ferrum, posito fert ense libellos:  
Et placet, & Musis est sine dulce nihil.

PETRI CRINITI.

Ain' perisse maximum vatem meum?  
Num vera Philon nuncias?  
Quid audio? quis ausus (indignum scelus)  
Nobis, Marulle, te abstulit?  
O ludicram spem vita! & ô dementiam  
Mortalis impotentia!  
Vt falsi inani detinemur gaudio,  
Vanasq; iactamus preces!  
Sed ô deorum imperium! & ô necessitas!  
Quæ ludis humanum genus:  
Celsi Tonantis insidens capite altius,  
Superba vinclis æneis  
Quæ cuncta necis, & potenti dexterâ  
Nostrum repellis ambitum.  
En! ipse cum meis repulsus victimis  
Falso Marulle dixeram:

Viues beatos atq; candidos dies :  
Viues fauente Cynthio,  
Sed ô sacrum pectus, quis ille vndantibus  
Te Cæcina lymphis dedit?  
Quis ille nostris obſtitit votis Deus?  
Contraq; tot meas preces  
Audax negauit te mihi ſuperſtitem?  
O nullibi certam fidem!  
An Diua Nape filia potens Cæcina  
Marulle te mihi abſtulit?  
Numerosq; nobiles, & entheum melos  
Dicauit vndis gemmeis?  
Sic tu Marulle deſeris dulcem chelyn,  
Vatumq; carmen aureum?  
Quis inter aptus Gratias atq; Veneres  
Docte Camœnas inſeret?  
Quis nunc Deorum laudem, & omnigenū decus  
Cœleſtis Aulæ concinet?  
Quis fronde ſacrâ cinxerit crines ſuos,  
Regemq; dicet maximum?  
Sed fruſtrâ inerti lacrymamus nenia,  
Quod arripit fatum potens.  
**IO. IOVIANI PONTANI.**  
Hoc vacuum tibi Pierides ſtatuerē ſepulcrum:  
Et Graia, & Latia clare Marulle lyra.

---

Ipſe

Ipse etenim Aonia in sylua, atq; Heliconis in an-  
Lætus agens, illic otia grata teris. (tris  
Illic formosæ ludunt ad plectra pueræ:  
Et tecum ad choreas carmina lecta canunt.  
Et tibi responsant sylue, Peneiaq; antra:  
Plaudit & Ogygio roscida ripa lacu.  
Nil præter nomen tumulo; per opaca vagaris  
Culta, per Elysium, docte Marulle, nemus.  
Hic tibi se ad cantum adiungit formosa Corinna:  
Cantat & ad calamos Delia culta tuos:  
Illic compositos exercet Cynthia saltus:  
Exercet raros Lesbia blanda choros.  
Nec Parca eripuit, Musæ rapuere Marullum:  
Arnidi ne fieret grata rapina Deæ.  
Sis felix igitur Musis comes, & tua Musæ  
Ambrofio soueant membra adamata sinu.

ANDREAE DACTII.

Ingenio Phæbo, belli par munere Marti:  
Graia domus; Cecinæ busta Marullus habet.  
EIVSDEM.

Evasit toties hostilia tela Marullus:  
Vt Cecinæ tumidis obrueretur aquis.

IOAN. PIERII VALERIANI.  
Cur adeò fluctus contra conaris? in vndis  
Oppetijsse horres cur Helicone satus?

Igneus ut gelido vigor extinguitur in amne,  
Forte times? at qui sèpè sit ignis aqua.  
Non hoc, inquis, habet male me: q[uod] miles & acer  
Sim, doleo: sub aquis militem obire pudet.  
Ah, ne indigneris, miles licet impiger, astra  
Hac per uulgata fortibus ire viâ:  
Hac pins Aeneas, & bello magnus & armis:  
Hac Romæ fertur Romulus iſſe pater.  
Sfortia summus honos belli, iniunctusq[ue] Robertus,  
Hac quâ tu superos trans filière polos.  
Debentur cœlo fortes; cœlo ignis & aér,  
Vndaq[ue], supposita est: infima terra tenet.  
Scandenti à terra ad cœlum stat limes in vndis:  
Primus: age hac cœlum scande Marulle viâ.

#### ANT. TEBALDEI.

Hic situs est celebris citharâ gladioq[ue] Marullus:  
Qui Thusco (heu facinus) liquit in amne ani  
Neptune immitis! meruit si mergier ille, (mam.  
Mergier Aonio flumine debuerat.

#### IOAN. LATOMI.

Est aliquid lenisse feras, fluuiosq[ue] stetisse;  
Inq[ue] opus argutâ saxa animasse lyrâ.  
Plus est imbelles traxisse sub astra Camænas:  
Ille sit Amphion: iste Marullus erit.

GEOR-

GEORGII FABRICII.

Scaliger incusat : laudas Crinite Marullum:  
Illum vis veri , te puto vicit amor.

BEATI RHENANI.

Quod priscis similes meliora hæc secla Poëtas  
Protulerint, vates Tarchaniota probat.

STEPHANI PASCHASII.

Adscribit Michaël Marullus (ille  
Sui delitiae Marullus æui)  
Multæ & singula singulis Poëtis:  
Martem Virgilio ; Tibullo amorem:  
Naturæ latebras tibi, Lucreti:  
Syllabas numeris Catullianis:  
Soccos ingenio Terentiano.  
Quid si quis reliquos locaret inter  
Hunc vates, oneret magis, quam honoret.  
Verum dicere crederes Poëtas?

DEMETRIVS CHALCONDYLES  
GRAMMATICVS.



*Attica mella mihi, si non dat, Musa, Latina:  
Scit Ligerum, florens ludus &, Arne, tuus.*

DEME-

DEMETRIVS CHALCONDYLAS  
BYZANTIVS:

Grammaticus diligens ac pereruditus:

Vir cùm bonus, tum per-  
humanus:

Qui patriâ cum cæteris Græcis exulans, ob  
tyrannidem Turcicam:

Scholam FLORENTIAE ab ARGYROPYLO  
desertam instaurauit:

Pòst æmulò cedens POLITIANO ambitioso  
peracriqué, à LUDOVICO SFOR-  
TIA MEDIO LANVM  
accersitus:

Profitendo simul ac scribendo Reipubl.  
commodans literariæ:

Rudimentis Grammaticæ Græcæ vtili  
volumine publicatis:

Obiit MEDIO LANI fato functus maior  
octogenario.

---

ANONYMI.

Viuens coronâ nobilis iuuentutis  
Circundabaris vnde quaque Demetri:  
Dum ostenderes iter per Atticos campos.  
Certè beatus, si obtigisset morienti  
Doctam videre tibi superstire prolem:  
Oculumq; claudi languidum à tuis natis,  
Aut hoc sepulcrum illorum lacrymâ spargi.

M. MARVLLI.

Dum ver Hymettium diu  
Ne quicquam apis querit vaga:  
In os sacrum Chalcondylæ,  
Et labra suauiflua incidens:  
Heus, inquit, & quales bona  
Huc huc adeste sedula:  
Matrem videtis Attida.

IOAN. LATOMI.

Quid est quod vsquam sit satis mortalibus,  
Sui nec vllâ parte cor quod torqueat?  
Senex, nec absg<sub>3</sub> litterarum gloria  
Vixi: at malorum hoc est catena longior:  
Durisq<sub>3</sub> emuntur litteræ laboribus,  
Et sanè inquis efferuntur præmij.  
Fœcunda coniux, & domi perstrenua,  
Sui pudoris proximum est periculum.  
Iam bis miser, quod, quid sit educatio,  
Simulq<sub>3</sub> scirem, quid mali sit orbitas.  
Quare reserta cūm malis sint omnia,  
Vitam vt citò obeas leuissimus, pete:  
Quò tunc beatus, hic quod haud vales, agas:  
Ito, & precare mutuum Demetrio.

---

MARCVS

MARCVS MVSVRVS  
PHILOLOGVS.



Roma tuus doctor, tuus & Patauina: sed inde  
Presul, purpureo cæcus honore, cado.

M A R C V S M V S V R V S genere

C R E T E N S I S :

Exactæ diligentia Grammaticus, & miræ  
felicitatis Poëta:

P A T A V I I primò Græcos Autores  
interpretatus:

Secundâ perspicacis ingenij famâ integrum  
adeptus doctrinæ matu-  
ritatem:

Bello Veneto dein exturbatus, otium aliquandiu  
amplexus literariorum:

Musis sese mancipans totum, ac  
dedicans:

L E O N E X . Pont. M. ingeniis illustribus præclara  
præmia proponente:

R O M A E dénum Professor  
constitutus:

Nec multò pòst A R C H I E P I S C O P V S  
Epidaurius salutatus:

Quum secundæ fortunæ ebrius successu, ad gale-  
rum purpureum intempestiuè ac im-  
portunè aspiraret:

Corporis animiq; oblanguens viribus, obrepен-  
temorbo intercute, vix ostentatis mi-  
træ insignibus, exspirauit:

R O M A E in Templo PACIS tumulatus.

---

T V M V L V S .

M V S V R E o M A N S V R E PARVM, PROPERA-  
TA TVLISTI

P R A E M I A : N A M Q V E C I T Ò T R A D I T A  
R A P T A C I T Ò .

---

I O A N .

IOAN. LATOMI.

Arma Pelasgiacas quaterēt dum Turcicaterras;  
Inueherent culto barbariemq; solo:  
Quid facerent Musæ? fugere Helicone relicto,  
Phocin & Ascreum deseruere nemus.  
Regna Latina petunt: & erat Musurus in illis:  
Hospitio vtuntur hospitis antè sui.  
Nunc etiam bustum, gratâ pietate, sepulti  
Officij quavis sedulitate colunt.  
Thespiacas frondes circum, & Permessida laurū,  
Et sacro spargunt ex Helicone thymum:  
Castalias lymphas, alie &, Cape munera, dicūt,  
Muse, Aonij factus Apollo chori.

GERMANI BRIXII.

Amisso imperio per te retinebat honorem,  
Viresq; eloquij Græcia, Marce, sui:  
Per te iterum sibi sperabat Marci Ciceronis  
Dicendi sumnum Martia Roma decus.  
Roma tuum coram eloquium admirata, tuæq;  
Conscia doctrinæ, conscia & ingenij.

IOANNES LASCARIS GRAECVS  
PHILOLOGVS.



*Tot Latio reparo dum Græca volumina Turcis  
Rapta; colit ciuem me bene Roma suum.*

ANDREAS

ANDREAS IANVS LASCARIS

Græcorum fere omnium exulum nobilissimus, atque doctissimus:

A LAURENTIO MEDICE Principe Florentino

naufragus exceptus per liberaliter:

Ab eodem postea cum legatione ad BAIAZETHEM Turcarum Tyrannum missus:

Totius Græciæ abdita, permisso eius perscrutatus:

Spretis patriæ opibus, & fortunis concessis:

Plurima egregia sanè, & antiquæ dignitatis voluntaria secum in Italiam transportando:

Immortalem gloriae famam, & gratiam apud posteros memorem confecutus:

Demum LUDOVICI Gallorum Regis apud Venetos Orator & Legatus:

Sub LEONE tandem Pontifice, quo ipse amico & beneuolo perpetuo fuit usus:

ROMÆ instaurato Ludo Græcorum nobilium puerorum perillustri in Quirinali:

Benè de suis & posteris, tum docendo, tum scribendo meritus:

Obiit nonagenarius fermè senex, articulare morbo deformatus:

Sepultus in æde GOTTHICÆ AGATHÆ supra Saburram.

## T U M V L U S.

Λάσκαρες ἀλλοδαπῆ γαῖη ἐνικάτθετο γαίειν,  
Οὐ πλίλω ξείνιων ὡς ξένε μεμφόμενοι.  
Εὔρετο μεταχέιν; ἀλλ' ἄχθε την εἴσθη Αχαιοῖς  
Οὐδὲν ἐπιχειρήσει πατεῖς ἐλαθέειον.

## ANTONII MAIORANI ē Græco.

Lascaris in terrâ est alienâ terra sepultus:  
Nec, nimis externam quod quereretur, erat.  
Quā placidam, o hospes, reperit: sed deflet, Achaeis  
Libera quod nec adhuc patria fundat humum.

---

## ANT. TIBALDEI.

Lascaris hic, Graiūm specimen: ne crede, cadauer  
Illiū esse sub hoc marmore, sed statuam.  
Altera quippe fuit Niobe: dolor impius illam  
Natorū, hunc podagræ transtulit in lapidem.

## ANGELI COLOTII.

Dilectus Musis, & rebus natus agendis;  
Quem grauida imperijs protulit alta domus:  
Tot freta dum curris, totq; inuia regna pererrans:  
Ausoniā tandem Lascaris vrbe iaces.  
Sed situs in patriâ es, Graio licet orbe remotus:  
Nulla est virtuti terra aliena suæ.

---

FRAN-

FRAN. MARII MOLSAE.

Lascaris hic satius est Ianus; quo sospite Graium  
Res olim fractæ non potuere capi.  
Hic etenim in Latium dilectas Palladi Athenas  
Detulit, & gemino mox dedit ore loqui.  
Sæpe etiam Regumq; animos, populosq; feroce  
Cecropio flexit tum sale, tum numerus.  
Annosi donec confectum viribus cui,  
Exitio obrepens curua senecta dedit.  
Felicem ante omnes, solio qui pulsus auita,  
Tam procul hic patriâ contegeretur humo.

IOAN. LATOMI.

Lascaris hic Graæ doctrinæ, & nominis hæres,  
Ultimus ex illa gente domoq; iacet.  
Cum quo lugemus florem perijisse Pelasgum,  
Helladaq; ingenijs obsoluuisse bonis.  
Damna dolenda nimis; sed quæ maiora futura,  
Huius ni pietas aduigilasset, erant.  
Qui non contentus priuscos conquerirere libros  
Italiam & tantis accumulasse bonis:  
Semine Mygdoniaæ pubis repleuit eandem:  
Quos nativa penes linguaj; voxq; foret.  
Quæs tibi pro meritis Latium sese obligat, illa  
Dempturum patriæ barbara vinclatae.

FAVSTI SABAEI.

Pontificum & Regū Philomela & Apollinis exul,  
Quæ patriam è tantis vna gemebat humum:  
Rauca querelarum aſiduo luctu, atq; tenore,  
Et ſenij cano debilitata gelu;  
Muta iacet: ſecum ſpe amissâ perdiſta & Hellas:  
Pastor in æternum mutus & Arcas erit.  
Veftra putabatis nam regna reuifere Graij  
Illiſus dulci carmine, vel lacrymis.  
Sed fletum abrupit, & dulces fregit auenias,  
Spes veftras, & vos fuſtulit vna dies.  
Et nos, & Celtas affixit, Lascari amate  
O patriæ, à patriâ tu quoq; amate Pater.  
Sic nos liquisti, patriam ſic deſeris ipſam  
A patriâ o patriæ Lascari flende Pater.  
Per te Permessus, Tybris, Rhodanusq; gementes  
Flebilibus noſtris multiplicantur aquis.

LEO

LEO BAPTISTA ALBERTVS  
PHILOLOGVS.



*Par mihi nec Zeus is, nec erat Vitruuius ingens:  
Doctior hic libris fiet, & ille meis.*

F 4

LEO BAPTISTA ALBERTVS  
FLORENTINVS:

Summo ingenio, summâ  
virtute:

Qui quæ à sapientissimis tradita sunt, summo  
studio curaqué didicit:

Omnium liberalium artium, & in primis Geo-  
metriæ, Astrologiæ, Opticæ, Musicæ, Pi-  
cturæ, & Toreutices summè  
peritus:

Seculi sui Archimedes &  
Vitruvius:

Architecturæ, Picturæque, & Perspectiuæ præce-  
ptis ingenij acumine admirabili, & styli  
felicitate luculentè eruditèq;  
traditis:

Aliis præterea festiuis libellis publicatis, cum an-  
tiquis operibus multorum sententiâ  
comparandis:

Fato functus diem suum obiit  
FLORENTIAE.

IANI

IANI VITALIS.

Albertus iacet h̄ic Leo: Leonem  
Quem Florentia iure nuncupauit:  
Quod princeps fuit eruditiorum,  
Princeps vt leo solus est ferarum.

IOAN. LATOMI.

Quisquis barbarus es , rudiſq; Phæbi.  
Hoc saxum pedibus caue profanes:  
Quod ſanè eximium tegit Leonem,  
Peius angue tuum genus peroſum.  
Nam Muſis ſacer eſt, easq; ſecum  
Vel h̄ic in tumulo moratur oris  
Docti blanditiis: vel ipſe cum illis  
Indagat Clarios comes recessus.  
Doctis multijugam reſerre pradam  
Non raro vnde ſolet, ſtupente apelle,  
Atque Vitruvio ſagacitatem.  
Sed quid te dubium marer ? Leonem  
Albertum ſatis hi loquuntur vngues.

LAVRENTIVS MEDICES, MVSARVM PATRONVS incomparabilis.



*Musarum Pater en, decorat quem laurea Phæbi,  
Quām benè Laurentis nomina digna gero!*

LAVREN-

LAVRENTIVS MEDICES COSMI I.  
PRINCEPS FLOREN-  
TINVS:

Omnium seculorum & gentium  
heros:

Cuius summorum suæ ætatis vel ingenio, vel do-  
ctrinâ, aut virtute, tum etiam fortunâ  
& gratiâ par:

Qui luculenter & fouit Musas, &  
feliciter exercuit:

Maximus ingeniiorum liberalium  
educator:

Artium omnium & elegantiarum  
pater:

Virtutis veræ æstimator  
vnicus:

Præclarus vatum hospes &  
æmulus:

Cœlesti munere ob id nomini ipsius debitâ  
virenti laureâ dignissimus:

Quo vigilanter excubante, non modò Hetruria,  
sed omnis quoque Italia pace flo-  
ruit opulentâ:

Cum quo tanquam custode & vindice occiden-  
te, intestinâ fatalique insaniâ, & externâ  
immanitate ea postea vastata  
concidit:

Eruditî seculi decus im-  
mortale:

Obiit FLORENTIAE anno Sal. M. cccc. XLIV.  
relicto post se Principatus hærede Cosmo  
filio, & altero LEONE X. Pont.

Max. postea inau-  
gurato.

MICH. MARVLLI.

De puerō quondam LAVRO certasse feruntur  
Mercurius, Mauors, Iuno, Minerua, Venus.  
Iuno dat imperium, Pallas cor, Cypria formam,  
Mars animos, Maie filius ingenium.  
Stant Phœbi arbitrio, Dictinnæ, Thesbiadumq;  
Hic verò maior lis alia exoritur.  
Delius hunc sibi vult, artes largitur honoras:  
Plectra Deæ: castum casta Diana animum.  
Iupiter his aderat, communem censem habendum:  
Hoc uno auertit iurgia consilio.  
Ne quatamen solidi puerō pars deesset honesti,  
Ipse pater diuūm ius dedit, ipse pium.

EIVSDEM.

Felix ingenij, felix & gratiae, opumq;  
Laurus, & antiquis non leue nomen auis:  
Querenti cuidā, num plura his optet? vt (inquit)  
Et prodesse queam pluribus, & cupiam.

ANGELI POLITIANI.

Num tibi littoreâ collectum Anthedone gramen  
Diuinum extemplō pectus & ora dedit?  
Nil mortale sapis Laurens; sed pectore cœlum,  
Sed cœlum lingua, mente animoq; refers.

Cum

Cum referas cælum, cælum tibi præmia fiet:  
Tu citò parta tamen præmia serò pete.

E I V S D E M .

Det tibi Nestoreos Laurenti luppiter annos:  
Nestoreum quoniam pectus & ora dedit.

I A N I V I T A L I S .

Nil mortale vnquam vitâ tibi contigit omni,  
O Patriæ Pater, & decus immortale tuorum  
Laurenti, nisi quum te mors immitis ademit.  
Illa quidem non te vitali lumine cassum  
Extinxit: verùm quicquid sancti q̄, boni q̄,  
Orbis habet, tecum simul abstulit: aurea quando  
Secula fœdauit scabrà rubigine ferri.  
Non tamen vlla vnquā viderunt tempora dignū  
Te magis, & titulus & maiestate decoro:  
Cui magnus Coſmus auus, & cui filius altum  
Maximus ille Leo Princeps Romanus honorum  
Atq; aeternarum laudum erexere theatrum.

P. M Y R T E L .

Occidit ut fato Medices Laurentius; ora  
Conuertens in sollicitas Florentia Musas  
Dixit: Abite, aliud nunc vobis querite tectum.

---

Cui Musæ : hospitium nos sanè perdimus vsquam  
Quærendum : sed tu Medice Florentia rapto  
Amissum inuenies nusquam: quin desinis ipsa  
Esse illud decus, & Latij Florentia lumen.  
Nos erimus Musæ : tum sa quid nostra parente  
Ab Ioue dat pietas sperare, videbimus ullo  
Tempore post heroa deorum in sede supremâ  
Immortalem , alti nutu Iouis astra regentem.

IOAN. LATOMI.

De te nil dicam : sed enim si dixero, quantum est  
Vel de dijs genitum, vel genuisse deos?  
Vatibus Ausonijs mandatum hoc muneris esto:  
Carpere nam laudes, est violare, tuas.

PETRVS

PETRVS LEONIVS  
MEDICVS.



*Sim cautus Medicus quamuis, monstrantibus astris,  
Quas fugio, pereo precipitatus aquis.*

P E T R U S L E O N I V S S P O L E T A N V S  
multo acumine perspicacis ingenij,  
eruditaque facundia:

Qui inter Medicos primus ferè prolato  
Hippocrate & Galeno, verum  
Medicinae limen a-  
peruit:

Astrologiae, & veteris item Magiae  
peritisimus:

Adeoque validis omnium disciplinarum  
præfidiis instructiss.

Quum subite sibi mortis periculum in aquâ  
portendi ex astris præ-  
fagiret:

Fluminum publicorum, ac nauigationum  
occasions euitandæ  
gratiâ,

Mutata sede è PATAVIO VENETIISQ. in VM-  
BRIAM ac SPOLETVM  
demigrans:

Fatis nihilominus viam in-  
uenientibus:

FLORENTIAE demum, quò Medicinæ faciendæ  
causa, à LAVRENTIO MEDICE supremâ valetu-  
dine tentato, accitus fuerat, exitiali  
ob eius mortem furore  
correptus:

Præceps in proximæ Coregiæ villæ puteum,  
spontè an illata vi incertum,  
datus:

Fatali mersus aqua periit, Anno  
M. cccc. XLIV.

---

I ANI

IANI VITALIS.

Dum timet Astrologus, sua fata, Leonius vndas:  
Et fugit è ripis magne Timaue tuis:  
Illa eadem frustra fugientem aduersa sequuntur:  
Quà rapitur tacit à nobilis Arntus aquâ.  
Hic tu florentem medicis Florentia curis  
Præruptum (ò facinus) corripis in puteum.  
Astra repræsentat sic funera dum fugit ille:  
Tutius hunc poterant quàm latuisse poli.

IOAN. LATOMI.

Pallet, conspectis vbicung, Leonius vndis;  
Et velut à certo protinus hoste timet.  
Scilicet has tacitè didicit monstrantibus astris,  
Moliri vitæ fata suprema sue.  
Cur sed vbiq, timet? cur omnes deniq, semper?  
Astra cauendi etiam cur tacuere viam?  
An non terra suos gignit, licet arida, fontes?  
Et cœlum pluuias non quoq, seruat aquas?  
Forsitan has aliquo in puteo tibi fata reponunt:  
Nec poteris clarè cum Phaethonte mori.  
Sed fugis Euganeos, Padumq, et aquosa Timauit:  
Stulte fuge & longum dedecorare metum.

SSC

G

HERMOLAVS BARBARVS  
PHILOSOPHVS.



*Barbarus haud ego, sed magis Hermes, magnus & osor  
Barbarie: fugit hec me procul acta duce.*

HERMO<sub>—</sub>

HERMOLAVS BARBARVS VENE-  
TVS, summo ingenio, summâ  
virtute:

Neque minori rerum publicarum vslu, quâm  
eruditione præditus:

Omnium sui seculi eruditorum omnibus  
numeris longè eruditissi-  
simus:

Qui quantus esset in Physicis, Dialecticis, atque  
Rheticis, etiam Geographicis, tot no-  
biles exuberantis ingenij fœtu-  
ræ contestantur:

Præter alia opera, C. Plinij Secundi, & Dioscori-  
dis historiâ è tenebris in lucem reuo-  
catâ, atque illu-  
stratâ:

Themistio quoque, Aristotelis interprete,  
Latinitate donato:

Tandem ob summas virtutes ab ALEXANDRO  
VI. Pont. Max. Aquileiæ Patriarcha  
renunciatus:

Neque ita multò pôst sublatus pestilentia, obiit  
ROMAE, sub Colle hortorum ad Flu-  
mentanam portam sepul-  
cro conditus:

Anno Salutis M. cccc. xciv.



T V M V L V S.

BARBARIEM HERMOLEOS LATIO QVI DE-  
PVLIT OMNEM:  
BARBARVS HIC SITVS EST: VTRAQ.  
LINGVA GEMIT.  
VRBS VENETVM VITAM, MORTEM DE-  
DIT INCLYTA ROMA:  
NON POTVIT NASCI, NOBILIVSVE  
MORI.

---

De HERMOLAO BARBARO  
Epigrammata.

IVL. CAES. SCALIGERI.

Quid primum? quid postremū? quid deniq<sub>z</sub> dicā?  
Quid fileam? en instant cuncta parata simul.  
Maxima nobilitas: facies diuina: supremum  
Ingenium: sancta pectora: pura manus.  
Solum id, quod nunquā fuerit, nesciuerat: immō  
Hoc, at cum caussis, non fore sciuit item.

Vnicus ē cœlo cecidit; non tertius. astris  
Integer vt cecidit, integer astra petit.  
Heu, heu, cur iuuenem rapuit mors inuida? viuo  
Principis haud poterat nomine Roma frui.

IOAN. PIERII VALERIANI.

Peregrine ciuis, nate in vrbe, & aduena,  
Quicung<sub>z</sub> adoras templa Musarum sacra:

Huc

Huc in beatæ, & si occupatus, Vrsula  
Diuerte: cultum hinc à sinistrâ suspice  
Inter sacratos hinc & inde Präfules,  
In purpuratâ veste nobilem virum.  
Quid fronte primâ iam ominaris maximum?  
Viua hæc imago est Hermolai Barbari:  
Aciem sacrasti, ne profana videris,  
Candente felix ære lumen excute.

BOHVSLAI HASSENSTEINII  
Baronis Lobcouitij.

Quid fles, Calliope? linguae spes vna Latinæ  
Succubuit fato Barbarus ecce meus!  
Quid fles, Phœbe, nigrâ crines vmbrae cupresso?  
Succubuit fato Barbarus ecce meus!  
Quid fles, Cecropias quæ cuspide protegis arces?  
Succubuit fato Barbarus ecce meus!  
Succubuit latig, parum, vir maximus omnis  
Aetatis, mundi contumulatus habet.  
Illiū at totum viuet sine fine per orbem  
Gloria: donec erunt sidera, terra, fretum.

E I V S D E M .

Hermoleos iacet hic, non re, sed nomine tantum,  
Barbarus, Aonij spesq, decusq, chori.

I O A N . L A T O M I .

Quid stas, & titulum stupes, Viator,

Hoc sub saxo aliquem ratus sepultum  
Gallum, Theutonicum, Scotum, vel Anglum,  
Gentes quas modo Barbaras vocamus?  
Erras. Barbarus Hermolaus ille,  
ille Barbarus, utriusq; linguae  
Venus, deliciae, lepor, voluptas,  
Quo nemo melius tenebat omnes  
Germanae numeros locutionis:  
Hoc sub marmore, nunc cinis, recumbit:  
At non mortuus: immo mortis ipso  
Victurus scelere vsq;, & vsq;, & vsq;  
Rumpatur Venetus licet Senatus.  
At si te nouitas moratur huius  
Nominis, ratione scito factum:  
Qua suos domini solent Quirites  
Insignire duces, ut Africanos,  
Cimbros, Pannonicos, Isauricos q;  
Victarum puto gentium trophaeis.  
Sic & Barbarie per hunc Latinis  
Pulsâ finibus, & iugo subactâ,  
Iure Barbarus optimo vocatur.

GEORGII FABRICII.

Barbarus ingenio non es, nec barbarus arte:  
Nomine tu quamuis Barbarus esse velis.

ANGE-

'ANGELVS POLITIANVS  
POETA.



*Qui colui Musas, & quem coluere vicissim  
Musæ, Phœbus eram, Flora superba, tuus.*

G 4.

ANGELVS POLITIANVS MONTE  
POLITIANO, HETRVRIAЕ oppido,  
natus anno M. CCCC. LIV.

A primâ statim iuuentâ admirabilis ingenij  
nomen adeptus:

Singulari vtriusque linguæ scientiâ; Poëta  
& Orator celebris;

FLORENTIAE Græcas pariter ac Latinas  
literas professus:

Præcellentis studiorum omnium florens  
vbertate:

Post editam Miscellaneorum Centuriam,  
publicataq[ue] Latina  
Poëmata.

Alia item opera è Græco in Latinum  
versa:

Morte oppressus immaturâ:

Obiit annum agens XLI. non sine graui Musa-  
rum iniuriâ, & seculi sui  
dolore:

Anno Salutis humanæ  
M. CCCC. XCIX.



---

TVMV-

T M V L V S.

P. CRINITI.

HIC HIC, VIATOR, PAVLVVM GRADVM  
SISTE:  
VATEM POTENTIS SPIRITVS VIDES  
CLARVM:  
QVI MENTE PROMPTVS ACRI, ET AR-  
DVVM SPIRANS,  
AC SVMMA QVAEQVE ET ALTA CONSE-  
QVI SVETVS:  
IS ILLE EGO ANGELVS POLITIANVS  
SVM.  
FOVIT BENIGNO ME SINV FLORA, ET  
ILLIC  
IN FATA CESSI: PARTHENOPAEOS Re-  
GES  
QVM GALICA ARMA IRRVERENT MI-  
NABVnda;  
TV VALE, ET HOC SIS MERITI MEMOR  
NOSTRI.

---

IOSEPHI à PINV Eteo-  
stichon.

Funere Politianus vbi est extictus atroci,  
Noctibus æquauit pendula Libra dies.

ALIVD.

Spicavago occumbes se vesperi in æquore tinxit,  
Politianus vbi hoc raptus ab orbe fuit:

---

PETRI CRINITI.

Siren relicto Daunio  
Quærebat, vbi consisteret:  
Diuqz, vagula deuolans  
Accessit amnem lassula  
Arni fluentis leniter:  
Et commorata satis, iter  
Parabat incœptum sequi.  
Sed ecce dum vaga subuolat,  
Audit repente rem nouam,  
Nouosqz, numeros, & noua  
Carmina canentis Angeli.  
Itaqz, statim in labra conuolat  
Dulci lepore perlita:  
Et (inquit) hic libet agere,  
Hic, hic morabor sedulò:  
Vbi Gratia, Decor, & Venus  
Tam blanditer simul canunt,  
Carmenqz, fundunt aureum:  
Tu nunc valebis Daunie.

PETRI BEMBI.

Duceret extincto cùm Mors Laurente triumphū,  
Letaqz, pullatis inueheretur equis.  
Respicit insano ferientem pollice chordas,  
Viscera singultu concutiente virum.

Mirata

Mirata est, tenuitq; iugum: furit ipse, pioq;  
Laurentem cunctos flagitat ore deos:  
Miscebat precibus lacrymas, lacrymisq; dolorem:  
Verba ministrabat liberiora dolor.  
Risit, & antiquæ non immemor illa querelæ,  
Orpheo Tartareæ quum patuere viæ:  
Hic etiam infernas tentat rescindere leges,  
Fertq; suas, dixit, in mea iura manus?  
Protinus & flentem percussit dura Poëtam:  
Rupit & in medio pectora docta sono.  
Heus sic tu raptus! sic te mala fata tulerunt,  
Arbiter Ausonie Politiane lyra!

#### HERCVLIS STROZAE.

Quis Lycias sortes? quis Phtiæ carmina vatis?  
Transmissos Delo quis neget buc Tripodas?  
Quippe hic assiduè Phœbus Musæq; parentant;  
Et caros lacrymis sœpe lauant cineres.  
Quin, si fata velint, tegerentur numina, sub quâ  
Angelus obdormit Politianus humo.

#### IVL. CAES. SCALIGERI.

Ante tuo quām te noſſem de pectore; non te,  
Aiebam, decuit Politiane mori.  
Siue mori decuit (ſed non decuisse fatebor)  
Ah, ſic ab iuuenem Politiane mori.

At diuina semel noui dum pectora, dixi,  
Nec iuuenem, nec iam Politiane mori.

INCERTI.

Politianus in hoc tumulo iacet Angelus, vnum  
Qui caput & linguas (res noua) tres habuit.

BOHVSLAI HASSENSTEINII  
Baronis Boemi.

Pieridum columen, Phœbea gloria turbæ,  
Angelus hoc saxum Politianus habet.

IOAN. LATOMI.

Hoc tumulo Charites, Lepor, et bona Suada, lociq;  
Et Musæ, & Phœbus, plectra, chelys q; iacent.

Cuncta obière simul (neg; enim sūt visa deinceps;  
Nec viguit fulvis laurus, vt ante, comis.)

Verus vt ille pudor Graiūm, columenq; Latinūm  
Angelus argutâ desit in citharâ.

Nam fuit hæc (miserū) saeuæ culpa altera Paræ,  
Cantantis filum præsecutisse viri.

Ab, saeuūm potuit quâ flectere corda ferarum,  
Non potuit duram flectere voce Deam!

IO. M. TOSCANI.

Barbariem hic Italîs princeps exegit ab oris:  
Quum vox in Latio nulla Latina foret.

Idem

Idem pannosas & olentes rura Camœnas  
Ius sit in antiquis pergerè munditijs.

Italæ & Musis debent Ciceroq;<sup>z</sup>, Maroq;<sup>z</sup>:  
Huic Musæ, & Phœbus debet, & Italia.

### GEORGII FABRICII.

Tam bene Græca puer cecinit, docte<sup>z</sup>, Latina  
Ut credam melius non potuisse cani.

### B. ARIAE MONTANI.

Ornamenta ferat Latia, qui florida linguae, &  
Mille modis gratum temperet eloquium:  
Carmine qui placeat, placeat sermone soluto:  
Vnus, crede mihi, Politianus erit.

### STEPHANI PASCHASII.

Hunc quem scire putas & multum & plurima;  
eundem  
Et multum, & multis displicuisse puta.

IOANNES PICVS MIRANDVLA;  
PHOENIX cognominatus.



*Corporis haud, animiq; deest vis; sola sed etas:  
Quid tum? me facit ars ingeniumq; senem.*

IOAN-

IOANNES PICVS COMES

MIRANDALANVS:

Supra familie claritatem, corporis ac animi,  
vel rarissimis dotibus affatim  
ornatus:

Qui mirâ altitudine subtilis ingenij, facie decorâ,  
lectissimis moribus, denique in disputando ac  
scribendo facundiâ, omnes eius seculi  
sapientes in admirationem sui  
facilè conuertit:  
Omnigenæ literaturæ laude  
excellens:

Præter Latinam & Græcam linguam, Hebraicè,  
Chaldaicè, Arabicè doctus:

PHOENIX sui seculi:  
Magni & excelsi ingenij operibus luculentis, nec-  
dum absolutis, ac præsertim Heptalogo & Apō-  
logetico, seipsum doctrinæ atque me-  
moriæ felicitate super-  
gressus:

Excessit è vita iuuenis, annorum XXXIII.

FLORENTIAE:

Summo cum dolore totius

Reipubl.

Anno M. CCCC. XCIV.

---

TVMVLVS.

IOANNES IACET HIC MIRANDVLA: CAE-  
TERA NORVNT  
ET TAGVS, ET GANGES, FORSAN ET  
ANTIPODES.

---

De IO. PICO MIRANDVLA  
Epigrammata.

IVL. CAES. SCALIGERI.

*Heroas cur non implet Mirandula nostros?  
Mortali scribi non valet ille manu.*

MICHAELIS MARVLLI.

*Occidis etatis mediâ quod PICE iuuentâ  
Ultima Socratice flenda ruina domus:  
Nec vel nobilitas, vel opes, vel gratia formæ  
Profuit, aut animi tot bona rara tui:  
Hoc hoc, crede mihi, Naturæ iniuria matris,  
Larga vel in primis quæ fuit vna tibi:  
Sed vita documēta hominum, & q̄ fluxa sit ollis  
Forma, genus, dōtes ingenij, imperia.*

HERCVLIS STROZAE.

*Dum stat Aristotelis cum magno rixa Platone;  
Et sedet Actæi muta caterua chori.  
Nuper ad Elysios qui venerat, Angelus inquit;  
Tantum (sabor enim) ponite dissidium.  
Haud procul à nostro Picū modò liquimus Arno,  
Qui vestras Latio soluit in orbe vices.  
Quare age, si fas est, hunc ocyor aduocet Arcas:  
Ulro auet hæc inter agmina differere.*

Applau-

Applausere omnes : exorataq; sorore,  
Virtutis nobis eripuere decus.

EIVSDEM.

Hic situs est Picus , cuius si cuncta perissent ,  
Virtutum septem vix sat erant tumuli.

IOAN. LATOMI.

Ne Pici ingenium deberi quis putet astris:  
Nil genere hoc astris vanius esse docet.  
Quem vitam & mores frugi, assiduumq; labore,  
Astrorum scimus percoluisse loco.  
Sed tamen est aliquid (fateor) quo debeat astris:  
Quod citò se nostris eripuere malis.

BOHVSLAI HASSENSTEINII  
Baronis.

Dignior Assyriæ volucris cognomine, Picus  
Ioannes tumulo hoc mortuus ecce iacet.

STEPHANI PASCHASII.

Te quoq; Pice canent seri post fata nepotes:  
Quem iuuenem terris mors inopina rapit.

IANI IAC. BOISSARDI.

Roma tuâ quondam stupuit virtute, tuaq;  
Doctrinâ, & terfloribus eloquij.

IOSEPHI à PIN V Eteostichon.

Per pecus auratum curru Titane volante,  
Te rate lethæ nauita, Pice, tulit.

H

IVLIVS POMPONIUS LAE  
TVS HISTORICVS.



Roma Magistratus veteres, urbisq; ruinas  
Quod legit, ingenio debet id omne meo.

IVLIVS

IULIVS P OM PONI US LAETVS  
SANSEVERINA illustri familiâ in PI-  
CENTINIS natus AM Y-  
GDALARIAE:

Sub VALLA Præceptore optimis literis  
eruditus:

Cuius ipse posteà locum amplexus, æquata  
eruditionis opinione:

Incredibili nominis auctoritate, auditorumque  
frequentia, multis annis R O M A E  
docuit:

Antiquitatis totius inuestigator, atque  
instaurator diligenter-  
simus:

Multis præclarè scriptis libris, ac præsertim de  
Rom. Magistratum, & Antiquæ  
Vrbis historiâ:

Septuagenarius excessit è vita, R O M A E  
sepultus:

Incredibili bonorum omnium cum lu-  
etu & dolore.

---

T V M V L V S.

POM PONI LAETI CINERES ORNATE CO-  
ROLLAE:  
SVMMVS ENIM VATES, RHETOR ET  
HISTORICVS.

---

ANT. MANCINELLI.

LAETE POMPONI moderator vrbis,

Fons quidem recti, Sophiæ magister;

Inuidet nemo Ciceronis æuo

Sive Maronis.

Namq; tu nobis Cicero Maroq;,

Optimus Rhetor, sapiens Poëta:

Iure ceu patrem studiosa pubes

Te veneramur.

Iure certaim veniunt ad vrbem

Exteris oris iuuenes, senesq;

Quò piæ linguae lepidum fluorem

Quisq; reportet.

Iure latamur (Plato sicut olim

Seculo natus Socratis periti)

Quòd tuae nobis patuere value

Tempore latè.

Vtq; te longum valeamus vti,

Prosperam nobis Valeri senectam

Parca concedat: nihil obfit: astra

Vota secundent.

IO. IOVIANI PONTANI.

Pomponi tibi pro tumulo sit laurea sylua:

Offa, maris rores, myrtle aq; umbra tegant:

Teg

Teq<sub>3</sub> tegant, artusq<sub>3</sub> tuos, violaq<sub>3</sub> rosaq<sub>3</sub>:

Ver habeat, Zephyros spiret & ipse cinis.

Stillet & ipse cinis, quas & Parnasus, & antra

Thespia, & ipsa suas Ascras ministret aquas:

IOAN. LATOMI.

Effert Pomponi dum te Romana iuuentus,

Et souet in gremio Roma beata suo:

Fama est, inuidiam summorum, adeoq<sub>3</sub>, deorum

Hunc tumulum, hos gerulos conciliaasset tibi.

Sed tamen hoc summi tibi debebatur honoris:

Vt tua mors superis inuidiosa foret.

DOMITII PALLADII.

Hic iacet exigua Latus Pomponius vrnâ:

Cuius honor meritò pulsat vtrung<sub>3</sub>, polum.

Latus erat Romæ vates sublimis, & idem

Rhetor, nunc campis létior Elysiis.

PHILIPPVS CALLIMACHVS  
POETA.



*Sicut ut in vates Paulus, procul urbe remotus  
Exulo: par Graco Sarmataq Callimacho.*

PHILIP-

PHILIPPVS CALLIMACHVS GE-  
MINIANO HETVRIAE oppido  
editus:

Summo ingenio lectissimis literis  
exculto:

Paulo II. Pontifice Maximo sodalium literato-  
rum Romanum, odio temerè con-  
cepto, persequente:

Liberatus carcere in vltimas profe-  
ctus terras:

A CASIMIRO Sarmatiæ Rege honori-  
ficè exceptus:

A filio eius IOANNE ALBERTO , cui Præceptor  
datus fuit, ad summum familiaritatis  
atque potentiae locum  
euectus:

Senator Regni Primarius:

Non sine emulationis inuidia & odio  
manifesto:

POETA, ORATOR, & HISTORICVS  
excellens:

Fatis cessit exul VILNAE, sepultus  
CRACOVIAE in æde S.  
TRINITATIS:

Anno Sal.humanæ M. cccc. xcvi.

• 650 •

TVMVLVS.

HIC IACET HEV PATRIA PROCVL A RE-  
GIONE SEPVLTVS,  
PROGENITVS THVSCO SANGVINE  
CALLIMACHVS.  
QVEM FATVM VARIIS ADVERSVM ERRO-  
RIBVS EGIT:  
INVICTVM HIS TANDEM CONSTI-  
TVITQVE LOCIS.  
ILLIVS AT POSTQVAM VIRTVTEM REGIA  
SENSIT,  
VIDIT FLORENTEM SARMATIS ORA  
VIRVM.  
QVI MEMOR HOSPITII TAM MITIS  
CONTVLIT ISTI  
CONSILIIS REGNO COMMODA MVL  
TA SVIS.  
QVOD SENTIT PRAESENS, ET POSTERA  
SENTIET AETAS:  
CVIVS IVDICIVM SANCTIVS ESSE  
SOLET.  
PLVRA QVOQVE AGGRESSVM, ET QVAE-  
DAM MAIORA PARANTEM.  
HAVD OPPORTVNO TEMPORE MORS  
RAPVIT!

---

IANI VITALIS.

Aenea, Callimachi quæ circumpletebitur ossa  
Depositum meritis nobilis vrna sui:  
Aenea sit quamuis, multò est preciosior auro:  
Hetrusci felix hospita Callimachi.

---

Ipsi

Ipsi etiam Italâ tantum decus auspice adepti,

Ad sacra conueniunt busta Borysthenides.

Exultantq; mero, & choreis, referuntq; vicissim:

Dedicat hec Crispo Sarmatis ora suo.

IOAN. LATOMI.

Exuuias præter, pellemq;, atq; ossa Latini

Nil hic Callimachi Barbara terra tegit.

Illa Borysthenides rapuere, tenentq; Camæna:

Quarum primus amor, gloria prima fuit.

Hoc perfecturus, si copula longa fuisset,

Venissetq; suo iusta propago toro.

Sarmatide e nymphâ:ne Barbara terra videri

Posset, Romanae vel minus apta toge.

Sed mors inuidit, quâ nil odiofius: atqui,

Quæ feritas tacito non caret opprobrio:

Aeneus est tumulus, mors ænea: & aeneus ille,

Qui legit hec siccis tristia verba oculis.

HIERONYMVS SAVONAROLA  
THEOLOGVS.



Vrit amor me Christe tuus: dein hostis acerbus  
Vstulat: in cælo Sauonarola beor.

HIERO-

HIERONYMVS SAVONAROLA ITA-  
LVS FLORENTINVS:

Concionator ex Dominicanorum ordine  
olim Monachus:

A Patre luminum Opt. Max. Sanctæ fidei & veri-  
tatis inuictæ radiis coelestibus  
illustratus:

Quam magno cum zelo posteà tutatus religiosè,  
& ad vitæ usque spiritum extremum  
constanter professus  
est:

Sanctis Sanctæ doctrinæ post se monumentis  
relictis, in omne ævum per-  
duraturis:

Martyr denique factus

CHRISTI:

Maximo cum bonorum ciuium  
luctu:

Strangulatus (heu) viuus primùm: ac deinde mor-  
tuus, cum duobus locis crematus

FLORENTIAE:

Postulatu ALEXANDRI VI. Pontificis  
Romani:

Obiit anno Sal. M. cccc. xcix. Aet. xl.  
M. ix. x. Kl. Iunij.

---

M. ANT. FLAMINII.

Dū fer a flamma tuos Hieronyme pascitur artus:

Religio sanctas dilaniata comes

Fleuit, & ô, dixit, crudeles parite flammæ:

Parcite, sunt isto viscera nostra rogo.

IOAN. LATOMI.

Dicere me prohibet pietas Hieronyme quicquā,  
Tuo quod olim nomini  
Officiat: vetat ast eadem me dicere, passum  
Te præter æquum talia.  
Illud nemo negat, vel Momo durior, esse,  
Quæ scripseris, p̄yssima.  
Quæ dum compono, tibi nescio nūmne dolere  
Vel gratulari debeam.

ANONYMI.

Infelix bustum cecidisti Hieronyme, secli  
Inuidiā, ostendi nunquam sua crimina passi:  
Fatidicis Clary quamuis oracula Phœbi  
Vicisse elogij, Cum & aq̄ carmina dictus.  
Certius haud quisquam surgentia dicere fata  
Numinis afflatu, aut venientia tempora nōrat.

IANI IAC. BOISSARDI.

Desine Alexandri verbis perstringere mores:  
Qui libertatem reprimet igne tuam.

HIER. TREVTLERI.

Surculus ille tuo Florentia pulcra decore  
Pulcrior, est Monachi vera figura p̄y.  
Aspicit impietas habitum temerarier istum:  
Et sua Vulcano vindice dona piat.

---

MARSI-

MARSILIUS FICINVS  
PHILOSOPHVS.



*Sum Plato, tam vitâ, quam cognitus arte, Latinus:  
Hoc melior, melior quò mea religio.*

MARSILIUS FICINVS FLORENTI-  
NVS, paruus corpore, ingenio  
ingens:

Linguæ vtriusque ornamentum  
singulare:

Qui diuinæ Philosophiæ amore incensus, sum-  
mum Philosophum Platonem, alios item Plato-  
nicæ sectæ autores nobiles, Plotinum,  
Synesium, Iamblicum, Psellum,  
latinitate donauit planè  
feliciter:

Meritò ex eo Platonicus nun-  
cupatus:

Aliis præterea libris, ac in primis de  
Triplici vitâ, elucubratis,  
celebris:

Lumen Italiae, Patriæ  
decus:

Obiit septuagenario prouectior, febre  
extinctus in COREGIANA  
villâ:

Sepultus FLORENTIAE in æde  
S.MARIAE.

TVMV-

TVMVLVS.

EN HOSPES, HIC EST MARSILIUS SO-  
PHIAE PATER:  
PLATONICVM QVI DOGMA CULPA TEM-  
PORVM  
SITV OBRVTVM ILLVSTRANS, ET ATTIV-  
CVM DECVS  
SERVANS, LATIO DEDI: FORES PRIMVS  
SACRAS  
DIVINO APERIENS MENTIS ACTVS NV-  
MINE.  
VIXIT BEATVS ANTE, COSMI MVNERE,  
LAVRIQVE MEDICIS NVNC REVIXIT PV-  
BLICO.

S. P. Q. F.

Anno M. D. XXI.

ANGELI POLITIANI.

Mores, ingenium, Musas, Sophiamqz, supremam,  
Vis uno dicam nomine? Marsilius.

EIVSDEM.

Mores, ingenium, Musæ, Sophiaqz, sepulta est  
Laus hic, cum magni corpore Marsilij.

IVL. CAES. SCALIGERI.

Sancta anima, & cœlum tibi tu qui sœpe fuiſti,  
Spira in me rari flamina pura boni.

Ter cœli socia es: ter magni ciuis Olympi:  
Ter comes in gremium pulcra recepta Dei.  
Cum fluis ex astris : diui monumenta Platonis  
Cum capis : & nunc te cum louis aula capit.

ANDR. DACTII.

Hic situs est, magnis acrum qui dogma Platonis  
Marsilius patriæ tradidit, & Latio.  
Exuias tellus, cœlestes spiritus oras,  
Diua sed & terram fama polumq; tenet.

IOAN. LATOMI.

Hic, hic Marsilius notissimus ille Ficinus,  
Totius Ausonia luxq; decusq; iacet.  
In parvo ingentes qui clausit corpore dotes:  
Immo non clausit, sed magis exeruit.  
Quare etiam hac parua fama est angustior vrnâ:  
Ni tamen haec potius, quem replet, orbis erit.

IANI IAC. BOISSARDI.

Interpres diui vigilans Ficine Platonis:  
Ingenio est illi lux data quanta tuo!

IOAN. BAATHOLOMAEI.

Viuit ingenio: viuit, quem rere sepultum:  
Mors abolet tanti non monumenta viri.

650

PANDVLPHVS COLLENVTIVS  
IVRECONSULTVS, HISTORI-  
CVS & ORATOR.



Qui toties pairia est usq; Oratore Latino:  
Sfortia me insontem strangulat hostis atroc.

PANDVLPHVS COLLENVTIUS  
PISAVRENSIS:

Peracri ingenio, & studiorum' rerumque  
omnium notitiā peror-  
natus:

Græcis Latinisq[ue] literis (quod eius scripta  
testantur) pereruditus:

Qui nobilissimarum ITALIAE urbiū  
Præturas geslit:

Ob grauissimarum legationum munera, quibus  
illustri facundiā & gestu pernobili  
functus est:

LATINVS ORATOR nun-  
cupatus:

Præter alias lucubrationes variis de rebus per-  
scriptas, historiā NEAPOLITANI  
REGNI in primis  
clarus:

A IOANNE SFORTIA patriæ Tyranno, quem  
deprehensis literis offenderat, veterum  
oblitō officiorum, in carcere  
strangulatus, in-  
teriit.

FERDI-

FERDINANDI BALAMIL.

*Ignoscit Colenucio Tyrannus,  
Mox illum necat. ô scelus nefandum  
Vincens sœ uitiam Neronianam.*

IOAN. LATOMI.

*Esto: Tyrannus strangulauit impie  
Nimis heu: apertum fraude Collenuccium  
Illumue, ô Hospes, an magis se perdidit?  
Suâ ille viuit claritate in litteris,  
Actæq; vitæ nobili preconio.  
At iste tali morte viuens concidit,  
Quod nunc mori, vt nec viuere olim, non licet.  
Illiū virumq; præstruente gloriā.  
Proinde verum si tacere nolumus,  
Non vim Tyrannus intulit, sed passus est;  
Quæ laurea illi prorsus est clariſima.*

IOAN. IOVIANVS PONTANVS  
POETA & HISTORICVS.



Patriam̄ Pons est: nomen Iouianus: at altrix  
Parthenope: cecini sidera, rura, Duces.

IOAN.

IOANNES IOVIANVS PONTANVS  
PONTE CASTELLANO, UMBRIÆ  
oppido CERETANIS huius-  
mo, in lucem e-  
ditus:

Summo ingenio, & omni disciplinarum  
genere præstans:

Regij Scrinij Magister NEAPOLI in AN-  
TONII PANHORMITAE lo-  
cum surrogatus:

Qui neque Poëtis, neque Oratoribus, suâ ætate  
florentibus, dignum secundæ famæ  
locum reliquit:

Musas per omnes numeros, liberiore  
veluti studio, exer-  
cendo:

Quod utroque in genere orationis luculentis  
scriptis editis abundè conte-  
status est:

Fato functus obiit NEAPOLI:

Anno ætatis Lxxvii. Salutis humanæ  
M. D. III.

TUMVLVS.

VIVVS DOMVM HANC MIHI PARAVI,  
IN QVA QVIESCEREM MORTVVUS.  
NOLI, OBSECRO, INIVRIAM MORTVO  
FACERE,  
VIVENS QVAM FECERIM NEMINI.  
SVM ETENIM IOANNES IOVIANVS PON  
TANVS,  
QVEM AMAVERVNT BONAE MVSÆ;  
SVSPEXERVNT VIRI PROBI,  
HONESTAVERVNT REGES DO-  
SCIS IAM QVIS SIM, (MINI:  
AVT QVIS POTIVS EVERIM.  
EGO VERO TE, HOSPES, NOSCERE IN  
TENEBRIS NEQVEO:  
SED TE IPSVM VT NOSCAS, ROGO.  
VALE.

---

Epigrammata.

IVL. CAES. SCALIGERI.

Millia multi plicis canimus discrimina mentis:  
Vt nec Mercurius se putet esse parem.  
Nemo vnquam melius tractauit præmia pacis:  
Aut fortis docuit ferrea iura manus.  
Nulla vnquam audiuit meliore Curia linguam:  
Nulla magis sapidos sobria mensa iocos.  
Et tamen ipse vides, quot quantas attigit arces:  
Immo sic coluit, auctor vt esse queat.

---

BASI-

BASILII ZANCHI.

Aurea Pierio texentem carmina filo,  
Pontanum ad doct̄a Parthenopes titulum;  
Ut primū Pindo longē, atq; Helicone relicto  
Audīt arrestā Cynthius aure Deus:  
Vicisti, Pontane, inquit, mea numina: cedat  
Iam tibi & Eous, cedat & Hesperius.

CAELII CALCAGNINI.

Creditus occubuisse Maro, secesserat olim,  
Vt cœli motus, labentiaq; astra videret:  
Mox rediens ad nos Iouiani nomine, terris  
Quid felix proficit, quid noxia terra minetur,  
Exposuit, nostrisq; oculis substrauit Olympum.  
Scilicet hoc deerat: pecudes, styga, prælia, turmas  
Scriperat; extreum voti ferat aurens axis.

SIMONIS VALLAMBERTI.

Nescio quo singant Musas Helicone manere:  
Hoc scio, quod tecum, mi Iouiane, manent.

M. ANT. FLAMINII.

Quæ cæcinit claro fulgentia lumina cœlo,  
Pontani doct̄is versibus Vrania;  
Phœbe tuis magnam lucem addidit ignibus: vtq;  
Nunc melius niteant sidera cuncta, facit.

IOAN. PIERII VALERIANI.

Scriptorum venerabilis Magister  
Pontanus cubat hic, Viator: illum  
Commentus bona verba, fortè adores  
Ne fac huic mala: quin precare multa,  
Omnem ut surripuit poëtices vim.  
Nam dum tam bene scribit, adq; amuſim  
Aequat omnia, perpolitq; ad vnguem,  
Quavis arte, decorq; absolutus;  
Secli terriculum fuit sequentis,  
Nemo scribere ut audeat nepotum.  
Quin pacem huic, bona quin precare, libans  
Thus, costum, violas, crocum sepulcro:  
Qui dum tam bene scribit, adq; amuſim  
Aequat omnia, perpolitq; ad vnguem;  
Quæ obsoleuerat ars, decorq; recte  
Scribendi, auspicijs renidet huius:  
Nostra atas veteres ut emulari  
Et possit simul, & simul praire.

P. MYRTEI.

Qui vos sidera clara, citriosq;  
Flores Hesperidum hortulis virentes  
Versibus cecinit laboriosis:  
Pontano date sidera alma lymphas:

Vos

Vos horti date serta: quæ sepulcrum  
Ornent perpetuò cadente flore,  
Spargant perpetuò cadente rore.

IOAN. LATOMI.

Ab hoc si tumulo procul profani  
Arcerent oculos, manus, pedesq;  
Et solis aditum darent Poëtis:  
Huc suo Lepidina cum Marone  
Ductatum choreas, nouatum amores,  
Et ad delicias nouas veniret.  
Baianæ lepidæ & leues puellæ  
Hic potos calidâ senes lauarent:  
Quæis lusum ut facerent proteruiorem,  
Cursarent pede, brachijq; nudis:  
Proferrent niueas sinu papillas:  
Femur negligerent fluente veste:  
Darent basia pluribus figuris,  
Quam suis citrios colunt in hortis  
Tum pulcra Antiniana, tum Patulcis:  
Sed quos aureolâ comâ virentes,  
Et gratos triplici colore fætus,  
Hoc circum ordine ponerent sepulcrum.  
Vndas Eridanus suas rigandis,  
Ignes Vranie daret fouendis:  
Huius luminibus locus calerer:

Illiū lacrymis solum tēperet.  
Et hēc omnia Gratiā probarent,  
Musae percolerent, Amor, Venusq;  
Ab hoc si tumulo procul profani  
Arcerent oculos, manus, pedesq;  
Et solis aditum darent Poētis:  
Quēs nunc, sancte Senex, tuo in sepulcro,  
Et nos perfruimur tuo in libello.

GEORGII FABRICII.

Pontanum numeri & nerui, candorq;, Venusq;  
Commendat: sed abest quattuor hisce modus.

STEPHANI PASCHASII.

Quantumuis alij laudent sua carmina vates;  
Nulli ego doctrinā cedo, vel ingenio.

IANI IAC. BOISSARDI.

Littora Parthenopes dum tu, Pontane, tenebas,  
Illīc Castalides sedem habuere deæ.

MARCUS

MARCVS ANTONIVS COCCIVS  
SABELLICVS HISTORICVS.



*Publica'res Venetūm aebet mihi mu'ta: magistra  
Me pariter vita suspicit historia.*

M. ANTONIVS COCCIVS SABEL-  
LICVS, ad vicum VARRONIS in viâ VA-  
LERIA, iuxta Anienem, fabro  
ferrario patre ge-  
nitus:

Ingenti, ac propemodum ferreâ vi inge-  
nij ad perdiscendas literas  
collato:

Ludo primûm apud TYBVRTES  
aperto:

ROMAE pôst in sodalitium Literatorum solenni  
cooptatus ceremoniâ, SABELLICI  
cognomen me-  
ritus:

Multis in publicum editis lucubratio-  
nibus præclarus:

In quibus Enneades Rapsodiæ historicæ, & Comi-  
mentarij de Republ. Venetâ ma-  
xime eminent:

Summâ cum iacturâ linguaꝝ  
Latinâ:

Obiit Venetiis annum agens ferè  
septuagesimum:

Anno Sal. hum. M. D. vii.

TVMV-

TVMVLVS.

QVEM NON RES HOMINVM, NON OM-  
NIS CEPERAT AETAS:  
SCRIBENTEM CAPIT HAEC COCCION  
VRNA BREVIS.

M. Ant. Coccius Sabellicus  
vnius sibi F.

IOAN. LATOMI.

Magnus in hoc tumulo iacet ille Sabellicus, orbis  
Cuius ad ingenium non satis vnuis erat.  
Tempora permodicu incluserat omnia chartis:  
Seruire exemplo quæ potuere aliquo.  
In Venere incertâ tamen hic contabuit: atq;  
Maluir Italicus Gallica fata pati.  
Quid iuuat humanos scire atq; euoluere casus,  
Si fugienda facis, & facienda fugis?

STEPHANI PASCHASII.

Enneas hâc illâc varie paßimq; vagatur,  
Nec circumscripto limite Marcus agit.  
Historiam Blondus Romanae dedicat vrbi:  
Hunc tenet Vrbis, eum detinet Orbis amor.

HERCVLES STROZZA  
POETA.



*Musa Titi patris Musa mea suauior extat:  
Heu pereo cæsus clam miser ense proci.*

HERCV-

H E R C . S T R O Z Z A F E R R A R I E N S I S :

Patre T I T O Poëta genitus, Poëta  
ipse nobilis:

Cui ingenio, virtute honore, ac fortuna  
minime impar:

Vno tantum maior ille, hic  
minor fuit:

Quod & illi habere, & huic non relinquere  
talem filium contigit:

Præter grauioris consilij munera; in quibus egre-  
giè prudens & paratus fuit  
assidue:

Ludorum theatralium, omnisque elegan-  
tiæ arbiter scitus ac iu-  
cundus:

Multis non modò literaturæ, sed Reipubl. quoq;  
operibus ac monumentis post se  
relictis æternis:

Amœnitatis, nobilitatis, virtutis  
decus:

Riualis heu impotentis Tyranni cæsus insi-  
diis obiit FERRARIAE:

Anno Salutis humanæ M. D. 11X.

---

A L D I M A N V T I I .

Hospes, licet alio properè eundum tibi:  
Rogo hoc legas carmen; scio miserebere,  
Humanitas quæ est tua. Poëta hic sunt sita  
Offa Herculis Strozziæ: Poëta qui satus  
Patre est Tito. Quod si cupis cognoscere,  
Qualis Poëta vterq; queis honoribus

Quantusq; præditus fuerit in patriâ:  
Quamq; inclytis Strozza orta gens maioribus:  
Longum foret narrare: id è libris potes  
Cognoscere hospes, quos Pater, quos Filius  
(Nam excusi habentur) fecit exultis modis.  
Cantauit Anthiam atq; Phylloroën Pater,  
Quousq; tulit heroas familia Eſtensium,  
Inuisaq; arma matribus. Lucretiæ  
Hic Borgiae laudes, decusq; heroidum,  
Quot sunt, fuere, quotq; erunt: hic & deos  
Canebat, & Gigantas, & bella horrida,  
Ac multa alia, quum rapitur, heu fata impia!  
Egisset integrum vel etatem alteram,  
Non sua minùs gauderet hoc Ferraria,  
Quam aut Mantua Marone, aut Catullo nobilis  
Verona, Venusiumue Horatio suo:  
Heu ter quater crudelia, heu fata impia!  
Monumentum at ipse exegit ære perennius,  
Atq; altius pyramidibus Regum, Iouis  
Quod ira nunquam diruet, tempusue edax,  
Aut Aquilo impotens, maliuæ ignes; virum  
Nam sibi dicatum oppetere Pierides vetant.  
Sed mulierum quæ est gloria, & honos, Barbara  
Taurella coniux quam pientissima, viro &  
Vna ut quiesceret ipsa, donec corporum

---

Erit

Erit excitatio, sibi viua hoc posuit.

Hoc te volebam scire, iamq; abi, & vale.

PETRI BEMBI.

Te ripâ natum Eridani Permessus alebat:

Fecerat & vatem Marsq; Venusq; suum:

Iniecere manus iuueni, & fatalia duris

Stamina pollicibus præsecuere deæ.

Vxor honorata Manes dum conderet vrnâ,

Talia cum multis verba dedit lacrymis:

Non potui tecum dulcem consumere vitam:

At iam adero amplexas te cinerem ipsa cinis.

ANT. TIBALDEI.

Herculis hic Strozzæ tumulus, quæ cōdidit vxor,

Mærens Taurella Barbara gentis honos.

Plus dederit quamuis, non hac Mausole meretur

Plus tua: fortuna hec non pietate minor.

IOAN. LATOMI.

Se Venus occultans Martis damnauerat usum,

Castè cum Fabro viuere certa suo:

Non tulit ille ferox: & se querendo fatigat;

Alterutrum, vel quo tradat utrungq; neti.

Frustrâ at discursans cœli per compita, lustrat

Lemnū, Imbrū, Lyparā, cūq; Amathûte Padū.

Pergit ad ocidias mundi perquirere partes:

Maxime ubi Eridanus leta per arua fluit.

K.

Hic videt insignē , clando sed poplite, Strozzam:  
Quem circum semper plurimus ignis erat.  
Hinc Mars non dubius Vulcanum credidit illum:  
(Quomodo enim vatem nosceret ille ferus?)  
Non, ait, effugies: nec nox tibi fumida, nec quod  
Mulā, præsidio, claude veharis, erit.  
Dixit: & intorsit sāuum per tempora ferrum:  
Tempora puniceis sāpe reuincta rosis.  
Ille abiit: aderat mox Cypria conscia cædis;  
Efflantiq; animam sic ait illa viro:  
Plus satis ad vitam cecinisti carmina: posthac  
Tu mecum, & tecum noster Adonis erit.  
Certè indignus eras: sed pro quā multa tulisti  
Viuis, debebas & mihi Strozza mori.

### GEORGII FABRICII.

Stroza patrem tenero superauit carmine natus:  
Riuialis nequijt heu superare dolos.

### BAPTISTAE MANTVANI.

Strozius Heracles Venerem dum querit, adulter  
Illiū obscuras Mars erat ante fores.  
Mars iuuēnem claudū Veneris ratus esse maritū  
Deprehendi in furto dum timet, arma capit.  
Confossum iuuēnem ferro cognouit, & inquit:  
Contentus Nymphis debuit esse nouem.

### HIERO-

HIERONYMVS DONATVS  
PATRICIVS VENETVS.



Par mihi maiestas fuerat sermonis & oris:  
Seu Latio, Graio seu libet ore loqui.

K 2

HIERONYMVS DONATVS PATR<sup>I</sup>  
CIVS VENETVS:

Supra oris atque staturæ dignitatem,  
Senatoria prudentia singularis:

Præcellenti doctrinæ præsidio ac multo  
rerum vnu consti-  
tutâ:

Quem Græcè Latineque dicentem omnes  
cum stupore admirati  
sunt:

Reipublicæ VENETAЕ ad IVLIVM II. Ponti-  
ficem Max. Oratōr & Legatus  
sapientissimus:

Patriæ Liberator for-  
tissimus:

Ob maiestatem sermonis, cum antiquis illis  
Græcis Latinisque Oratoribus  
comparandus:

Immaturo heu sublatus funere, nondum virtutis  
industriæque suæ fructu benè  
percépto:

ROMÆ extinctus morbo  
decessit.

PETRI

PETRI MYRTEI.

DONATE, diuūm munere  
Fudisti vt orbi nectaris,  
Quantumq; mānat gratiæ  
Diuino ab ore cœlitūm:  
Seruasti & exul patriam:  
Dijs restitutus denuò  
Orbi querenti deseris  
Nil, præter ossa & lacrymas.

IOAN. LATOMI.

Plus quam Roma suo Gallis defensa Camillo,  
Hostem semel quem fecerat;  
Donati meritis nullo non tempore summis,  
Semperq; ciuiis optimi:  
Illaq; non vniuersa erepta potentibus armis,  
Regina debet Adriæ;  
Atq; illo uberior: patriæ quod commoda spectans,  
Spreuit paratam gloriam:  
Quam raro ingenio multam cumulârat Apollo,  
Sed patriæ donatus est.

ALEXANDER ACHILLINVS  
PHILOSOPHVS.



Felſina me genuit: Pataui sum Doctor in urbe  
Clarus; Auerroes alter & arte Sophus.

ALEXAN-

ALEXANDER ACHILLINVS  
BONONIENSIS:

PATAVINAE Scholæ Philosophus, &  
Professor;

Auerrois interpres accuratus &  
diligens:

Cuius ipse opiniones , libris editis compluribus,  
ex Peripatetico dogmate , de Intelligen-  
tiis, de Elementis, de Orbibus,  
constanter tutatus  
est:

Pemponatijs collegę inuidiosā vexatus  
ambitione:

Conidente PATAVINO Gymnasio,  
inter exorti belli stre-  
pitum,

BONONIAM secedens, in patriā excessit è vitā,  
nondum exploto anno L. 4. Non.

Augusti,

IANI VITALIS.

Hospes , Achillinum tumulo qui quæris in isto,  
Falleris: ille suo iunctus Aristoteli  
Elysium colit, & quas rerum hīc discere causas  
Vix potuit, plenis nunc videt ille oculis.  
Tu modo , per campos dum nobilis vmbra beatos  
Errat, dic longum perpetuumq; vale.

IOAN. LATOMI.

Quisquis Auerroëm censes habuisse cerebrum,  
Falleris: haud est me passus habere meum.  
Regula non fallit : Propter quod quodlibet vnum  
Taliter affectum est, sed magis illud erat.

BAPTI-

BAPTISTA MANTVANVS  
CARMELITA, POETA.



*Mantua me genuit, patria una eademq; Maronis:  
Aemula me vatem Musa Maronis habet.*

K 5

IOANNES BAPTISTA MANTVANVS  
HISPANIOLA:

CARMELITICI ordinis Princeps &  
Antistes:

Quum naturam ad carmen attulisset  
excitatam:

Literarum Hebræarum infatiabili cupi-  
ditate flagrans:

Dum magnus & admirabilis videri in  
omnibus contendit:

Musis excolendis remissius aliquantò  
incumbens:

Per quindecim secula neglectos à ciuib[us] Andi-  
nos fontes salubriter gustatos, fatali mo-  
nitu limpidioris eius aquæ,  
fideliter common-  
strando:

Poëtarum sui seculi dux potius, quam  
Poëta ipse:

Plurimis ingenij fœtibus, ac in primis versibus in-  
numerabilibus publicatis, vñus propè  
Poëta, & alter penè Maro  
vulgò habi-  
tus:

Decessit MANTVÆ maior octo-  
genario.

1650

P. MYR-

P. MYRTEI.

Alter hic iacet à Marone vates,  
Natus Mantua; & is quidem Poëta  
Dignior titulo; nisi incidisset  
In flodus varios scientiarum,  
Quo Musas coluit minore curâ:  
Primus hic tamen à Marone natus  
Mantuæ, coluit Poëta Musas,  
Andinosq; bibit sacro ore fontes.

IOAN. LATOMI.

In ponte iuxta quos locatos cernitis,  
Virtutis ergo, patriæq; gloria:  
Vterq; vates, & quidem ortu ciuis est.  
Quos cognitos licet tamen ne nescias,  
Alter Maro, alter ille Mantuanus est:  
Quem nil vetabit & Maronem dicere,  
Pensare venam si potest professio.

GEORGII FABRICII.

Qui te cung<sub>3</sub> nouum dixit, Baptista, Maronem,  
Communi patria ductus, un arte fuit?

IOAN. GALLINARII.

Diuersum est hominū studium, diuersa voluptas.  
Qui Phœbi Musas, Mnemosynęq; colunt.  
Hic Colophoniaci numerosa volumina vatis;  
Hic legit Ascrei carmina tersa senis.

Ille Sophoclae vult intumuisse cothurno:  
Aut leuibus soccis scommata multa ciet.  
Hic voluit docti præfulgida scripta Catulli:  
Battiadæ hic molli carmina facta lyra.  
Alter amat, miserum quem Cynthia cepit ocellis:  
Aut legit, aſſiduo quem tenet igne focus,  
Hiç Mitylenæo chordas intendere plectro  
Concupit, & citharâ concinuisse leui.  
Hunc Pelignæo iuuat indulgere Poëtæ:  
Et curis Coi, Callimachiq; viri.  
Horrida grādiloqui ſtudet hic poſt bella Maronius  
Papinijsyluis, Thebaide m̄q; capit.  
Prælia Theſſaliciſ alter ſed luſtrat in aruiſ:  
Et Libicum in Latios Annibalem iſſe viros.  
Hic demum placidâ Iuuenaliſ dogma menti  
Rimatur, numeros & Venusinc tuos.  
Tu mage Christiſoniſ animum oblectare Poëtiſ  
Discas, & caſtos perſtrepitare modos.  
En Baptiſta pio trahit aurea penſa ſuſurro:  
Et telam Attalicis texnit ipſe notis.  
Quæ ſacra Parthenices Mariæ, quæ geſta recenſet  
Coſtidis, & noſtro monſtra fuganda ſolo,  
Inſeruit magna præfulgida regna Cybelles:  
Cuncta per aetherias pinxit & aſtra vias.  
Et veterū monumēta virūm memorāda canēdo,

---

Perdiſi-

Perdidicis radijs insinuare suis.  
Nullius est expers moris, non ullius artis:  
Diuina credes hunc cecinisse tuba.

STEPHANI PASCHASII.

Mantua felicem genuit fœcunda Maronem;  
Hac eadem faustus me tulit auspicijs.

BAPTISTAE MANTVANI VITÆ SUÆ  
Epitome ad posteri-  
tatem.

O pia posteritas, quam post mæa fata relinquio,  
Quæ fuerit vita, perlege, summa mæa.

Istius accepi lucis primordia, Quintus  
In solio Petri quum Nicolaus erat:

Nunc in puppe sedet, rector qui nonus ab illo est  
Iulius, & pacem doctus, & armæ senex.

At teneris colui Musas: mihi semper ad artes  
Ingenuas calcar cura paterna fuit.

Propterea Manes eius reverenter adoro:  
Et precis assidue sedulitate iuuo.

Relligio placuit iuueni, placuere cuculli,  
Vitaq; claustrali semisepulta domo.

Cum patribus vixi, quibus à genitrice Tonantis  
Nomen, & Helia sub ditione fui.

Me virtutis amor multas perduxit ad vrbes:  
Et Sophiae varios fecit habere duces.

Plurima perlegi, didici, docuiq;<sub>z</sub>; nec ullum,  
Dum licuit, studij tempus inane fuit.  
Multiuagam Christo feci seruire poësin:  
Et superis vires ingeniumq;<sub>z</sub> dedi.  
Et mihi cura fuit nostros extollere ritus,  
Ac semper veteres continuare deos.  
Plurima conscripsi, quæ si ventura probabunt  
Secula, durabit nomen in orbe meum.  
Nolo tamen meriti precium pro talibus istud:  
Maius amant animæ, nobiliuq;<sub>z</sub> bonum.  
Hæc eat, æternæ mihi sit modò gloria vitæ:  
Humanæ titulo nil mihi laudis opus.  
Sæpe Magistratus & publica munera gesisti:  
Vitaq;<sub>z</sub> perpetuo fracta labore fuit.  
Sed quoties adij perplexa negotia, semper  
Eximia iuuit me pietate Deus.  
Per mare, per fluuios iui, per saxa, per Alpes:  
Mortiferam pestem, bella, famemq;<sub>z</sub> tuli.  
Sed superi casus mecum venere per omnes,  
Et mihi se fidos exhibuere duces.  
Sic precor, vt vitam quæ me rexere per omnem,  
Prospéra sint fini numina sancta meo:  
Ad senium veni: stadium vitale cucurri:  
Et fero iamdudum pro pugione rudem.  
Liber ab hoc tandem mortali corpore vadam:  
Ad superos, vel quod me Deus ire volet.

Ipse

Ipse mihi pater est; quocunq<sub>z</sub> vocauerit, ibo:

Et mala non agrā singula mente feram.

Me tamen illius precor ut clementia blande

Suscipiat; sceleri nec sit acerba meo.

O populi, pacem, qui me coluistis habete:

Et pro me accensis sacrificiate focis.

Tu quoq<sub>z</sub> Carmeli montis longæua propago

Spiritu fac sis officiosa meo.

Crebra Sacerdotes pro me libamina Christo

Reddite, & ad veniam sollicitate Deum.

MAR. ANTONIVS TURRIANVS  
VERONENSIS MEDICVS.



*Quām genere illus̄ris, medicā tam gloriōr arte:  
Me tamen ante annos inuida Parca rapit.*

MARCVS

MARCVS ANTONIVS TVRRIANVS

VERONENSIS:

Perillustri ex familia, IN SVBRIVM olim  
dominatrice, oriundus:

Paterno exemplo peracutus Philosophus,  
perelegans Medicus:  
Medica in arte ab ineunte ætate  
educatus:

Maturius multò, quam quisquam aliis, ad pri-  
mos suggestus honores PATAVII &  
TICINI progressus:

Ingenio præditus diuino:  
Eloquentia admirabili:

Anatomæ in primis, & rei herbariæ  
perstudiosus:

Cui utrique doctrinæ, multis pudendis  
veterum erroribus,  
iisque

Vitæ hominum exitialibus ostensis, lumen  
attulit clarissimum:

Febre extictus pestiferâ (eheu!) anno-  
rum XXXIII. iuuenis,

ACAD. omnium incredibili cum luctu, &  
infinitis cum lacry-  
mis,

VERONAE obiit sepultus.

---

TVMVLVS.

ANTE ANNOS SCIVISSE NOCET: NAM  
MAXIMA VIRTUS  
PERSVASIT MORTI, UT CREDERET  
ESSE SENEM.

Nic. Archius P.

L

IVL. CAES. SCALIGERI.

Suada, Venus, Nemesis, Charites, Sapientia, Musæ  
Amplexæ in cunis pectora Turrioli,  
Pro se quisq; sibi trahere & contendere: verum  
Cùm sors, visq; simul omnibus æqua foret:  
Marte superueniente, Venus; Comittimus (inquit)  
Vno assensu hominem iudiciumq; tibi.  
Ille ferox gladium nudans: Hoc vicimus. aut vos  
Hunc mecum: aut totus cesserit ergo mihi.

IOAN. LATOMI.

Quam cernis vnis linearum finibus  
Nullo colore præter hanc fuliginem,  
Has inter alias dedicatam imagines:  
Ad vindicandam mortis est iniuriam  
Ab hoc locata litterarum vindice.  
Nam Turriani illius est Antonij,  
Qui sanitati cùm tuendæ incumberet,  
Et proferendæ etatulæ mortalium  
Daret salubria, amoueret noxia:  
Aetatis ipso, & artis, & conatum,  
Morte inuidente, raptus est à carcere:  
Metam tametsi iam videret ultimam.  
At hac tua est ô Turriane gloria,  
Quod in theatro solus hoc pulcerrimo,  
Mortis pudendo cum pudore, prodeas.

BERNAR-

BERNARDVS DIVITIVS  
BIBIENNA CARDINALIS.



*Me Bibienna tulit: Roma abstulit, inclytum honore  
Purpureo: placuit Comica Musa mihi.*

L 2

BERNARDVS DIVITIVS BIBIEN-  
NAE oppido (vnde ei cognomen) ad  
summas ARETINORVM  
ALPES, natus:

Primum inter MEDICEAE familiæ clientes lo-  
cum solertis industriae meritus à  
prima pueritia:

LEONI patria pulso, atque exuli, comes fide sin-  
gulari, & consiliorum omnium  
particeps:

Quo ad Pontificatum postea, sua potiss. promoto-  
to industria, & urbanitate qua-  
dam astuta:

Patrum Cardinalium in Senatum ab  
eo allectus,

Honores promeruit am-  
plissimos:

Poëta quin & iucundus, & comis  
Comicus:

Lepore planè admirabili scripta Ca-  
landra Comœdia.

Homo valdè mirus in utraque  
fortuna:

Pariter in otio atque negotio ingenium feliciter  
afferens nusquam absurdum,  
aut ineptum:

Perit non planè senex, cùm è legatione  
Gallica in Vrbem re-  
diisset:

Intempestiuam ambitione ad Ponti-  
ficatum aspirans:

Non sine veneni suspicione, Ro-  
MÆ sepultus.

BOCCA

BOCCARINI ARETINI.

*Trunca fides; lugent Charites; periére lepores;  
Desipuere sales, desipuere ioci.*

*Luridum animirum Mors, que Vrbi inuidit, & orbi  
Divitium, immitti funere corripuit.*

*Purpureos meruit titulos; Romæ occidit: ortus  
Est Bibiennæ. hoc te scire sat, Hospes, erat.*

IOAN. LATOMI.

*Omnia captavi, nec segniter omnia cepi:  
Est mea præcipuus præda galerus honos.*

*Præsius at tandem captans, nec vt ante, Leonem;  
Venator perij cassibus ipse meis.*

NIC. REVSNERI.

*Purpureo sublimis honore, Poëta sed ipse  
Comicus, inde senex ambitione peris.*

MARCVS HIERONYMVS  
VIDA POETA.



*Carmine nota meo fert laudem Christias: ipse  
Censear ut venâ par, Maro magne, tibi.*

MARCVS

MARCVS HIERONYMVS VIDA

CREMONENSIS:

Summi ingenij vir, summaeque  
doctrinæ:

Poëtarum Scholæ Christianæ facile  
princeps:

Heroico spiritu Maronem feliciter  
æmulatus:

Quod satis ipse testatum fecit insigni illo Chri-  
stianos opere nunquam satis  
laudato:

Præfus ALBAE & Episcopus communibus  
suffragius creatus:

Meriti ergo & virtutis  
singularis:

Fide bona, integraque fama laboribus  
immortuus diuinis:

Mortalitatis humanæ depositus  
exuuias.

---

NIC. CRVDII.

Eridani æquoreas longè qui ducis ad vndas  
Centū amnes, merito & nomina regis habes:

Mœnia quando tibi fas est spectare Cremonæ,  
Aeternum sacris quæ fluis vdus aquis:

Pro me magna mei venerans cunabula Vidæ  
Ipse, licet properes, hæc mea vota refer:

State, precor, vestri dum stabunt vatis honores:  
Vicinusq; æuum Minciū inuidet.

---

IOAN. THOMAE MUSCONII  
ad Cremonam.

Olim qui fuit in iuuis salebris,  
Nec multis Helicon patens Poëtis;  
Nunc fit per iuius. hinc & inde late  
Exciso arte, manu, labore Vidæ  
Saxo, semita quæ patet, cacumen  
Ascensi facili subibis altæ  
Rupis. quid dubitas Cremona? vires  
(Nam Phœbus dedit hoc tibi, benigno  
Et Natura soli, ut decus feraris  
Vatum) hic funde tuas; pius Sacerdos.  
En præfert tremulas faces, poëma  
Præclarum modò qui dedit! triumpha  
Tali munere. sic eris superstes,  
Sic nunquam occideris. quid hoc precari  
Possis amplius, Vrbs beata? viues,  
Dum Vates tuus hic perenne viuet.

GEORGII FABRICII.

Christi ad gesta tuo duxit, Maro, flumine riuos  
Vida, tibi venâ proximus, ut patriâ.

NIC. REVSNERI.

Mantua Virgilio, Vidaq; Cremona superbit:  
Vates hic Christi, Cæsar is ille fuit.

ANTO-

ANTONIVS NEBRISSENSIS  
GRAMMATICVS.



*Thesauros triplicis linguae si forte requiris:  
Me duce Nebrissæ docta Lycéa dabunt.*

L 5

AELIVS ANTONIVS NEBRISSAE,  
quæ olim VENERIA fuit, HISPANIAE  
BOETICAE oppido  
natus:

Par antiquis Grammaticis:  
Literarum amore sponte  
exulans:

Ad quarum decus antiquum patriæ iuuentutem  
scribendo ac docendo vehemen-  
ter excitauit:

Totius ferè ITALIAE Gymnasii  
collustratis:

Collectis in eâ passim dignis nobili voto  
Græcæ Latinæque the-  
sauris:

Achis deinde patriæ suæ quasi postli-  
minio restitutis:

Præter Grammaticæ præcepta, omnes ferè libe-  
rales disciplinas, & Sacras literas  
peruagatus:

Multis voluminibus de his publicè  
editis:

Lexico inter alia etiam trilingui, & Bœtici  
belli historiâ exstante:

Obiit paralysi oppressus repentinâ,  
annum agens LXXVII.

---

### Petri Myrtel.

*Me putat æternum saxo posuisse sub imo  
Acerba mors, & fallitur.*

---

*Non*


Non ingrata etenim me agens volitare per ora  
Dat, & per oras omnium.  
Hæc mihi pro reduci studio, Latijſq; Camœnus  
Certè trophæum non minus.  
Quam tibi pro Mauris debet Fernande fugatis,  
Et pro recepta Bœtica.

IOAN. LATOMI.

Secula transferat, neq; adhuc Hispania quicquā  
Ediderat; quales assolet antè viros:  
Iamq; emarcuerat, neq; erat quod gignere posset  
Semine maternos destinante locos.  
Accessit Venerem Phœbus: quin hac tuā in vrbe  
Excimus, qui nos (dixit) vtrung; colat.  
Illa sed assensa est, dignumq; prioribus annis,  
Tum veteri ingenio, tum veteri arte dedit.  
Ipse est (iam nosti) duce quo Tartessa iuuentus  
Ad decus antiquum aspirat, & assequitur:  
Qui licet in patrem non paulo impensior esset;  
Non tamen in matrem desidiosus erat.

INCERTI.

Vt quondam tacuit Latiae facundia lingue:  
Quum fuit Antoni cæsa manus gladijs:  
Sic scelus hoc sollers Antoni cura pianit:  
Quamq; prior vitam sustulit, ille dedit.



NICOLAVS LEONICENVS  
MEDICVS & PHILOSOPHVS.



*Magnus Aristotelis doctor, vindicq; Galeni:  
Augurium, sospes ipse, salutis ago.*

NICOLAVS

NICOLAVS LEONICENVS  
VICENTINVS:

A prima ætate optimis literis excolendis, ac in  
primis Medicinæ illuſtrandæ  
deditus:

Qui primus Græca Galeni volumina Latinè in-  
terpretando, Studiosis perdiscenda  
demonstrauit:

Sophistarum commonistratis  
erroribus:

Præter alios libros vtiles de ordine do-  
ctrinarum, & de virtute  
formatiuâ,

ROMANO MEDICO ANTISOPHISTA  
in lucem edito:

Philosophus verè Stoicus:

Ingenium viuidum perpetuâ vitæ  
innocentias;

Salubre corpus hilari nihilominus fruga-  
litatis præsidio tu-  
tatus:

Obiit anno ætatis x c. integerrimis adhuc sensi-  
bus, vegetaque memoriâ, nec dum in-  
curua ceruice conspi-  
ciendus.

PETRI MYRTI.

Cui neg<sub>3</sub> sat fuit, & terras euoluere, & vndas,  
Quæq<sub>3</sub> arcana tenent flumina, terra, mare:  
Dum rerum causas latè vestigat, & agra  
Morborum reuocat corpora colluuie.  
Nunc Leonicenus tegitur paruo aggere terre:  
Cuius vtramq<sub>3</sub> volat fama per Hesperiam.

IOAN. LATOMI.

Quod te cœlestem tueretur ducere vitam:  
(Sic fore de Parcis sciuerat antè suis)  
Fecit ut excideret morti, tua rumpere fata,  
Nec te decrepitum cerneret esse senem.

INCERTI.

Nicoleos verè doctus, victoria nomen  
Præbet, Aristotelem vincit, & Hippocratem.

PETRVS

PETRVS POMPONATIUS  
PHILOSOPHVS.



*Quis fuerim, quæris? Sophus haud diuinus, amicus  
Aphrodisei: sum iam post mea fata nihil.*

PET. POMPONATIVS MANTVANVS:

Philosophus inter Peripateticos sua  
ætate summus:

Aristotelis & Auerrois interpres doctus,  
simil ac eloquens:

PATAVII primùm, ac dein BONONIAE  
exorto bello Veneto, publicè  
professus:

Aphrodisei secutus placita de animi mor-  
talitate, eiusq; interitu:

Quo sanè dogmate ad Christianæ vitæ discipli-  
nam disoluendam nihil tetrius  
aut pestilentius induci  
poterat:

Obiit BONONIAE, sexagesimo tertio  
ætatis anno:

MANTVAE nobile sepulcrum ex HERCVLIS  
GONZAGAE Card. Præceptoris sui  
liberali pietate pro-  
meritus.

---

## TVMVLVS.

D. M.

HIC SEPVLTVS IACEO. QVARE? NE-  
SCIO: NEC, SI SCIS AVT NESCIS,  
CVRO. SI VALES, BENE EST: VI-  
VENS VALVI: FORTASSE NVNC  
VALEO: SI AVT NON, DICERE  
NEQVEO.

---

IANI

IANI VITALIS.

En animarū ingēs globus, en legio omniuagantū,  
Quas tu perpetuā luce carere negas:  
Mortuus vt discas aeternam has viuere vitam:  
Ad cineres v'lulant Pomponiate tuos.

IOAN. LATOMI.

Cur, quis hīc iaceam, referre cogor,  
Et causā iugulo meā admouere  
Hunc ensem, vt modō mortuus, cinisq;  
Si tecum fuero locutus, atri  
Conuincar placiti, reusq; siam?  
Sed sunt ij rabidi, & mali Poëtæ:  
Qui quum plurima mentiantur ipsi,  
Me verum prohibent tacere: nam sum  
Pomponatius ille, qui professus  
Manes esse nihil, sed interire  
Quicquid est hominis, pati q; satum:  
Nunc contrā experior: tacere proinde  
Mallem; sed rabidi vetant Poëtæ.

IVL. CAES. SCALIGERI.

Nunc iam vera vides, fulgenti exceptus Olympo,  
Principia aeterno semine nostra capi.  
Hoc tibi naturæ socio tum defuit vnum:  
Cætera nec cuncti sic potuere loqui.

POMPONIVS GAVRICVS  
POETA.



*Mors ignota mea est, mea vita est nota Poetis:  
Ne moriar, pluto o me mea Musa sacrat.*

POMPO<sup>9</sup>

POMPONIVS GAVRICVS ARGIVAE  
IVNONIS fano, nobili PICENTI-  
NORVM oppido

natus:

Præexcellenti validaq; in variis artes ar-  
dentis ingenij fœcunditate  
mirabilis:

Poëta non incelebris:

Quod Epigrammata & Elegiaca in publi-  
cum data conte-  
stantur:

Philosophus etiam haud  
vulgaris:

Libellis aliquot de Physiognomia, & Archi-  
tecturâ, & Chymicâ passim  
cognitus:

Surrentinâ viâ Stabias petens, fœminæ illustris  
amore saucius, morte sublatus inco-  
gnitâ (miser heu)  
interiit.

---

PETRI MYRTEI.

Ibat Gauricus ad suos amores;  
Sed diu haud potuit suos amores  
Vti Gauricus: abstulere fata:  
Verum nulla manet sepulcri imago.  
Namq; quod coluit pari labore  
Musas & Venerem, vel à Camœnîs  
Raptus creditur in iuga alta montis,  
Qui imminet Stabias super vetustas:

---

*Vel pulcræ Veneri datus Sacerdos  
Tyrrheni maris in sinum profundum.*

**IOAN. LATOMI.**

*Mortalitatis ut neget post aleam  
Nemo Poëtas viuere:  
Nullum superfit ut rogi vestigium,  
Musæ tulere Gauricum.*

**GEORGII FABRICII.**

*Vatibus è priscis describis Gaurice Græcos:  
Et pastorali carmine dulce sonas.*

**IN LVCAM GAVRICVM Astro-  
logum, POMPONII  
FR.**

**IVL. CAES. SCALIGERI.**

*Post leges cœli varias, ascriptaq; mundo  
Fædera: post superis redditâ iura deis:  
Quem vix fidere ingentem cepere recessus,  
Hoc, Hoppes, modico limite terra tegit.  
Vivere dignus erat semper: sed vita futuris  
Auctior æterno lumine vita fuit.*

**IANI IAC. BOISSARDI.**

*Dum cœli arcanos motus, & sidera tractas:  
Mitra tibi cedit munere Pontificis.*

**MARCUS**

MARCUS ANTONIUS CA-  
SANOV A POETA.



*Cultor & heroum prisorum, cultor & idem  
Vatum, sum versu dignus & ipse coli.*

M 3

MARCVS ANTONIVS CASANOVA,  
COMENSE patre ROMAE  
genitus:

Poëta lepidus & argutus:

Quo nemo simplicitate ac innocentia  
vitæ melior:

Nemo urbanâ comitate iucundior  
existimari potuit:

Seculi sui Catullus:

Aeternum Catulliani dentis virus, in CLEMEN-  
TEM VII. I. P. M. libertate liuidâ ac  
perniciosa spar-  
gens:

Reus maiestatis ob id  
damnatus:

Sed clementia Pontificis sponte iterum  
liberatus, ac dimissus:

Periit pestilenti correptus morbo ROMAE, iuxta  
Naumachiam Campi Martij, Laurentiano  
in templo, olim Lucinae dica-  
to sepultus:

Anno Christiano M. D. xxvii.

TVMV-

TVMVLVS.

COMENSIS CASANOVA, DVM PRIORES  
ET DVCES CANIT, ET CANIT POETAS  
PRAECVRTIS EPIGRAMMATICIS: PEREN-  
NEM  
AC LONGAM SIBI GLORIAM PARAVIT.  
*Blosii Palladij.*

---

IOAN. LATOMI.

Si dare vitam  
Qualiacunque  
(Quod docuisti)  
Carmina possunt:  
Longa necesse  
Carmina, vates  
Maxime, non est  
Ad tibi longam  
Condere vitam.

IOAN. MATH. TOSCANI.

Dum priscos celebri memoras cū laude Quirites:  
Laude probas dignum te Casanova pari.

ANDREAS NAVGERIUS  
PATRICIUS VENETVS.



*Vrbs Venetūm vitam, dedit hinc mihi Gallia mortem:  
In numeris regnat Suada Venusq; meis.*

ANDREAS

ANDREAS NAVGERIUS PATRICIUS

VENETVS:

Poëta & Orator bonus, Historicus  
non vulgaris:

Cuius stylus vtroque in orationis genere totus  
generosus ac nobilis:

Antiquæ puritatis candorem  
assecutus:

Commendationem promeruit  
publicam:

Publico stipendio, Venete historiæ scribendæ  
munus à Senatu demandatum  
amplexus:

Legationibus apud summos Cæsares & Reges in  
Hispania & Gallia perfunctus  
grauiissimis:

Febre correptus BLESIO in oppido ad  
Ligerim interiit, anno ætatis

XLVII.

FRANCISCO Galliarum Rege, Musarum amicis-  
fimo, funeris honores, nec sine luctu  
publicè prosequente.

M. ANT. FLAMINII.

Naugeri, ne quis tibi certet, néne laboret  
In cassum, laudes equiparare tuas:  
Siue epigramma facis iuncto pede, siue soluto  
Desles magnanimūm funera acerbavirūm.

EIVS DEM.

Quot bruma creat albicans pruinias,  
Quot tellus Zephyro soluta flores:  
Quot spicæ Libycis calent in agris:  
Quot vindemia porrigit racemos:  
Quot vastis mare fluctuat procellis,  
Quum nascens pluuias reportat Hædus:  
Quot Ceraunia frondibus teguntur:  
Quot cœlum facibus micat serenum:  
Quot sunt millia multa basiorum,  
Quæ dari sibi postulat Catullus:  
Quotque sunt atomi Lucretiani:  
Tot menses, bone Naugeri, tot annos  
Viuent aureoli tui libelli.

GEORGII FABRICII.

Naugerij tenerū & dulce est epigramma, sed hic  
Bilbibico vati tam grauis hostis erat? (cur

IOAN. MATH. TOSCANI.

Hic Naugerius ille, Martialis  
Lascivii petulantiam perosus,  
Et Musas sine fine prurientes:  
Læso euncta quibus licent pudore,  
Non iam virginibus, sed impudicis.  
At castas voluit suas Camœnas

Hic

Hic Naugerius esse, sicq; amores  
Cantare, vt tenerum colant pudorem.  
Hunc ergo pueri puellulæq;  
Cerbri voluite, quippe Martiale  
Nec doctum minus, & magis pudicum.

IOAN. LATOMI.

Dum lego, Naugeri, lusus, & ruris amores,  
Et mittis dominæ munera quanta tuæ:  
Quam bene te niuei pecoris, pecorisq; magistrae,  
Et cannae, & vitis rustica cura decet.  
Idem quum video regum centum ora trahentem;  
Verba graui serie dum Pericla et tonas:  
Non possum studium non hoc damnare, vel illud:  
Area nam non est illa, vel illa tua.

BASILII ZANCHII.

Naugeri, tibi Nereides statuere sepulcrum,  
Aequoris Adriaci quâ leuis vnda silet.  
Quâ solitæ in numerū, numeros dū pectine ducis,  
Conc nere, & virides ducere sâpe choros.  
Et Doris tumulo conchas, & lucida texit  
Coralia, & placidis marmorâ lambit aquis.  
Ipse etiam circum affusis pater Adria lymphis  
Ingemit; & mæstum littora murmur habet.  
Parua loquor: te te amissio dolet Itala virtus:  
Maret & infractis Faunus arundinibus.

MARINVS ANGELVS AC-  
CVRSIVS POETA.



*Angelus Aonidum decus & laus magna Marinus,  
Et Latium & Tuscum quam bene canto melos!*

IOAN-

IOAN. GEORGIVS TRISSINVS  
POETA Tragicus.



*Aeschyleo cantata mihi Sophonisba cothurno,  
Certa dat ingenij iam documenta mei.*

IOANNES GEORGIVS TRISSINVS  
VICENTINVS.

Elegantis vir ingenij, & doctrinæ  
elegantis:

Musæ præsertim Tuscæ elegans  
alumnus:

Poëta excellens:

Præter innumera alia carmina, Sophonisba Tra-  
gœdia à se eleganter scripta  
celebratus:

Morte præmatura, in medio ætatis  
cursu,

Magno cum literarum elegant.  
incommodo,

Rebus exemptus humanis  
occubuit.



---

PETRVS

PETRVS MYRTEVS FORO-  
IVLIENSIS POETA.



*Matris Acidaliæ deducens nomina myrto,  
Petrus Acidalio tincta lepore canit.*

L. M. T.

PETRVS BEMBV<sup>S</sup> PATRICIV<sup>S</sup>  
VENETVS CARDINALIS.



Bembus amor Phœbi, Tuscae Latiaq; Camæna  
Gloria, Cardinei luxq; decusq; chori.

PETRVS

P E T R V S B E M B V S P A T R I C I V S  
V E N E T V S:

Præclaro vetustæ familiæ ac insitæ virtutis,  
excellentisque doctrinæ no-  
mine,

R O M A N A E Ecclesiae Senator & Cardinalis  
amplissimus:

Poëta, Orator, Historicus  
inclitus:

Cuius ingenij, literarum, eloquentiæ gloria in  
suo seculo princeps, & antiquorum  
laudibus par:


Gratia autem in amplissimo ordine, in mo-  
ribus probitas, humanitas,  
liberalitas,

Supræ communem modum semper  
existimata sunt:

Quod de eius vita hominum iudicium, beata  
mors, sanctissimè ab eo & pacatissimè  
obita, diuino quoque confir-  
mauit testimo-  
nio:

Vixit annis Lxxvii.

Anno Publ. Sal. M. D. xlvii.  
mortuus xv. Kl.  
Febr.



N

TVMVLVS.

O TVSCAE, O LATIAE MVSÆ, DECUS OPTIME VATES,  
ET VENETAES SCRIPTOR NOBILIS HISTORIAE.  
FLENS TIBI PVRPVREOS FLORES, SPARGITQVE RECENTEM  
ADRIACVM PELAGVS, TIBRIS ET ARNVS AQVAM.  
ET NYMPHÆ INSCRIBVNT TVMVLLO  
HOC MISERABILE CARMEN:  
MORS RAPVIT BEMBV M DELICIAS  
HOMINVM.

---

M. ANT. FLAMINII.

Tu quoq<sup>�</sup> Virgilio certabas Bembe, Latino  
Magnanimūm heroum carmine facta canes.  
Audijt, & Musæ captus dulcedine Tuscos  
Ad citharam versus condere iussit Amor.

IOAN. MATH. TOSCANI.

Historicus, Vates, Rhetor, celebrat, canit, implet  
Gesta, ignes, aures, ore, lyra, eloquio.

GEORGII FABRICII.

Pegaso non haud frustra clypeo fers Bembe paterno:  
Hic tibi Pegaseas nempe ministrat aquas.

GEORGII SABINI.

Adriaca Bembus gentis decus, Attica cuius  
Verba, velut dulci nectare tintcta, fluunt.

---

Historico

Historico cuius calamo pater Adria tantum  
Ob populi debet facta legenda sui:  
Tybridis vrbs quantum Patauino debet alumno:  
Romuleos calamo qui celebrauit auos.

E I V S D E M .

Extinctum doleo, gemoq; Bembum:  
Linguæ præcipuum decus Latinae:  
Cuius tres Charites, nouemq; Musæ  
Lugent interitum, simulq; plangunt  
Mæstis Adria, Tybris, Arnus, vndis.

HIPPOLYTI C A P I L V P I .

Adria Bembe tibi patria est : tibi Roma sepulcrū:  
Imperat hæc terris, imperat illa mari.  
Egregiè es Tusca lingua, Latiaq; locutus:  
Non hac, non illa dulcius villa sonat.  
Sunt testes Musæ Tuscae, Musæq; Latinae:  
Magnanimum Venetum testis & historia.  
Nobiliore loco haud poteras nasci, nec obire:  
Nec magis ornate, nec mage dulce loqui.

A V G V S T I N I B E A T I A N I .

Bembe iaces, tecumq; iacet, que prima canedi est  
Gloria, ad extremos non reticenda dies.  
Bembe iaces, tecumq; iacent cœlestibus apti  
Mores, quos posthac secula nulla ferant.

Bembe iaces, tecumq; iacet sincera voluntas,  
Et qui nos prohibet dicere falsa pudor.  
Bembe iaces, animiq; iacet laudabile tecum  
Quicquid habet Latium, Graecia quicqd habet.

EIVSDEM.

Hic Bembus iacet Aonidum laus maxima Phœbi  
Cum Sole & Luna vix periturus honor.  
Hic & fama iacet, spes & suprema galeri,  
Quam non villa queat restituisse dies.  
Hic iacet exemplar vite omni laude carentis:  
Summa iacet summa hic cum pietate fides.

EIVSDEM.

Hic situs est Bembus: de quo fas dicere solo est,  
Laudato dici quicquid ab ore potest.

NIC. REVNERI.

Post decimum Iani quum lux octaua refulsi:  
Lux o Petre tuæ conscia Bembe necis:  
Triste caput Phœbus lacrymis irrorat obortis:  
Atq; ait: In terris Phœbus hic alter erat.  
Spargunt & tumulum lacrymis iu funere Musæ:  
Carmina dum nequeunt, crimina voce sonat.  
Inde notat tumulum: PETRVS HEIC BEM  
BV S I ACET ILLE  
ET VATES BONVS, ET RHETOR,  
ET HISTORICVS.

---

ANONY-

ANONYMI.

Bembus mente deūm tumulat<sup>us</sup> in æde Mineruæ  
Doctiloquæ, natus Pieridum in gremio.

††

Aruit extincto laurus Parnassia Bembo:  
Castalis & subito mœsta negauit aquas.  
Ex Helicone simul vox hæc audita: sorores  
Vna (heu) cum Phœbo conticuere nouem.

††

Eripitur Bembus rebus mortalibus: ille  
Bembus amor Charitū, Venetæ flos nobilis vrbis,  
Purpurei sacro decoratus honore galeri:  
Spes hominum ingenij qui diuitis vbere vicit.  
Illum Roma suis Varronibus orba, suisq;  
Aequauit Crispis: Mors deniq; lumina laudem  
Hæc summā extinxit: lacrymis Farnesius illum,  
Atq; hoc extremo dignatur honore sepulcri.

††

Bembe iaces, tecumq; iacent Tritonia, Musæ,  
Relligio, Charites, Phœbus, Atlantiades.  
Sed vinunt potius tecum: nam tempora fætus  
Ingenij poterunt nulla abolere tui.

††

Hic Bembi tumulus: nam cætera dicere tantum  
Tot bene scripta viri, tot benefacta valent.

IACOBVS SADOLETVS  
CARDINALIS.



Attica Romuleæ dicor facundia lingua:  
Fulgeo purpureæ clarus honore mitræ.

IACOBVS

JACOBVS SADOLETVS MVTINAE  
CISALPINAE GALLIAE vrbe in  
primis nobilina-  
tus:

Orator prudens, Philosophus  
acutus:

Quum virtutis & eloquentiae gloria floreret  
in tota Italia:

Præfus & Episcopus Carpentoractensis  
creatus,

Auctoritate Leonis X. P. M.

Cui ipse non ingenio solum, & scribendi faculta-  
te, sed industria etiam, & fide, omnium  
maxime satisfecit:

ACLEMENTE P.M. singularis meriti ergo, Card.  
Rom. Ecclesiæ, cunctis illius ordinis  
suffragiis delectus,

Magna bonorum omnium lætitia  
& gratulatione:

Lucubrationibus in omni doctrinæ  
genere perfectis com-  
pluribus:

Febre extictus magno suorum  
luctu,

Obiit annum agens LXX.

ROMÆ in æde, quæ curationis eius fuerat,  
D. PETRO in Exequiis sacra,  
sepultus.

TVMVLVS.

IACOBO SADOLETO EPISCOPO  
CARPENTORACTIS, S.R.E. PREB.  
CARD. VIRO MORVM GRAVITA-  
TE, PRVDENTIA ET VITAE INTE-  
GRITATE PRAESTANTISSIMO, DO-  
CTRINA ET ELOQVENTIA CVM  
IIS, QVOS MIRATA EST ANTI-  
QVITAS CONPARANDO: PAVLVS  
SADOLETVS EPISCOPVVS CARPEN-  
TORACTIS, ET CAMILLVS SADO-  
LETVS, FRATRVM FILII MOESTIS-  
SIMI, MVLTIS CVM LACRYMIS,  
PATRVO B. M. PRO TEMPORE  
POSVERVNT.

---

In IACOBVM SADOLETVUM  
Episcopum Carpentoract.  
Epigrammata.

IOAN. MATH. TOSCANI.

Molsa velut teneri, sancti ut Cortesius oris,  
Tertius es Mutinæ tu Sadolete nitor.  
Tertius haud tamē ipse gradu, nec tēpore: quando  
Vos studijs etas una eademqz dedit.

---

Illorumqz

Illorumq; licet nevirum Mutina ipsa tulisset,  
Ampla sat is patriæ caussa nitoris eras.

IVL. CAES. SCALIGERI.

Quæ tetricas pietas infensor exulat aulis,  
Vlro aula, ac penitus candida facta mea est.  
Quæq; forum tumido furiabat perditæ fastu:  
Imposita est per me lingua diserta polo.  
Hæc summa est: rectè sapere, & bene dicere verū.  
Sic solus iunxi cum Cicerone Deum.

IVLIVS CAESARINVS  
CARDINALIS.



*Purpureus decorat me pro virtute galerus:  
Tefis doctrinae conscia Romameæ.*

**G**VILIEL-

GVIL. PHILANDER CASTI.  
LIONEV S PHILOLOGVS  
& ORATOR.



*Mechanicas illustro meis centonibus artes:  
Per me Vitruuij clarius extat opus.*

FRANCISCVS FRANCHINVS  
POETA.



*Miles sum Phœbo, Marti quoq; miles amicus:  
Contulit hoc vati Pallas utrung; decus.*

FRANCIS

FRANCISCVS FRANCHINVS Co-  
SENTIA, Brutiorum olim capite, vrbe  
septem collibus æmula Ro-  
MAE, editus:

Patriæ exemplo illustri,

Ad vrbanitatem ac leporem natus,  
atque factus:

MARTIS & PHOEBI alumnus:

Quem MINERVA in HELICONE  
eruduit,

Militiæ labore diu exercuit  
castrensi:

Poëta lepidus & amoënuus:

Mira ingenij suauitate, & salium festiuitate vete-  
ribus si non superior, at certè  
par:

Orbi vniuerso nomen reliquit  
immortale.



### IOAN. MATH. TOSCANI.

Tam dulci teneros cantat Franchinus amores  
Carmine, plus nulli vt debeat alma Venus.  
Ille tamen Veneri plus se debere fatetur:  
Auspice quâ in tepidos venit amicas sinus.

VALENTINI THILONIS  
LIGII.

LEV C I A quām fidis arsit, FRANCHINE,  
medullis,

LEV C I A delicijs altera visa Venus:  
Improba quam fœdis illusit adultera technis,

Perfidaq; inductis torcit HIMER A procis:

MVR R E A tā fidā gestat face I V L I A flāmas,

I V L I A Sicanio viuida flore genas:

RAV R E A tam stupro iam nobilis H E L I A  
scortum est,

Scorū impurū, olidū, perfidū, iniquū, auidū.  
Hinc tua quām viuit fidā face LEV C I A versu;

Perfida quām versu Thais HIMER A luit:

Tam mea tam viuet fidā face I V L I A versu;

H E L I A tam versu perfida L A I S erit.

GEORGII FABRICII.

Et Phæbi, & Martis Franchinus castra secutus,  
Rettulit ad patrios binatrophæa lares.

CAROLI UTENHOVII.

Franciscum gemino referentem nomine Francos  
Quām male Francigenas sic cecinisse decet!

PETRVS. MONTANVS  
POETA Satyricus.



*S<sup>t</sup> qua datur Satyræ laus, hanc mihi vindico totam,  
Par tibi vel Persi, vel Iuuenalis ego.*

DÁNIEL BARBARVS LOGI-  
CVS, PATR. VENETVS.



*Barbaries nomen dedit : ast oratio non est  
Barbara, Cecropio quæ sale plena fluit.*

ANTO-

ANTONIVS BERNARDVS MI-  
RANDVLANVS, PHILOSOPHVS  
ARISTOTELICVS.



Summus Aristoteles Logicae Sophiacq; magisier:  
Interpres cuius glorior esse bonus.

○

HIERONYMVS FRACASTORIVS  
POETA & MEDICVS.



*Tam medica, melica quam clarus in arte triumpho:  
Phœbo par: Phœbus ni magis alter eram.*

HIERON

HIERONYMVS FRACASTORIVS  
VERONENSIS:

Philosophus, Poëta, Medicus, Astrologus  
eminentissimus:

Quo nemo in literis absolutæ virtutis  
specimen illustrius,

Nemo consummatæ gloriae spem de-  
derat certiorem:

Argumento esse potest diuinum eius Poëma, Si-  
phyllidis nomine inscri-  
ptum:

Rerum naturæ indagandæ totus  
deditus:

Post multa & vitæ, & doctrinæ præclara exempla,  
mortalitati naturæ renunciauit:

PATAVII sepultus, anno Christiano  
M. D. LIII.

---

Epigrammata.

IVL. CAES. SCALIGERI.

Os Fracastorio nascenti defuit: ergo

Sedulus attenta fixit Apollo manu.

Inde hauri Medicusq; ingens, ingensq; Poëta:

Et magno facies omnia plena Deo.

---

EIVSDEM.

Aspice, quām sacri splendescunt sidera vultus;

Morsq; manus doctæ lumine victa filet!

Hic etiam caneret: sed non diuina canenti

Affluere è muto verba colore valent.

Quin umbræ umbra tuæ hæc te verò ars nulla, sed

Carmine te, nisi tu, fingere nemo potest. (alto)

EIVSDEM.

Postquam lethiferis immitis legibus æui,

Cuncta quibus rapida mors rapit atra fuga:

Cœlestes magni vultus cessere Maronis:

Nullaq; tam faciles sifit imago deos.

Quod superest, Fracastorij supplebit inanes

Sola inter cunctas fida tabella vices.

EIVSDEM.

Qui Fracastorij Phœbum diuina canentem

Audieras; quid enim queris in hoc tumulo?

Terram terra premit, tellus tellure gravatur:

Perq; suas repetunt sese elementa vices.

Ille olim sancto capiebat pectore cœlum:

Nunc capitur cœlus: inde petendus erit.

EIVSDEM.

Hic situs est Fracastorius Hieronymus: urna

Quem capit, hic cepit pectore cuncta suo.

Sidera

Sidera digeſſit: reuocauit funera: rerum  
Naturæ imperij conſcius, atq; Dei.  
Aut Heliconiadum fontem ſibi ſuſtulit omnem:  
Aut tumulus vertex hic Heliconis erit.

GEORGII FABRICII.

Prima Fracastorio debetur palma recentum:  
Proxima Virgiliꝝ versibus ille facit.

IOAN. MATH. TOSCANI.

Qui Fracastorium iitulo fortaffe negabit,  
Quem vati tribuit pagina noſtra, parem;  
Aut non Pieriam guſtauerit ille, Marone  
Quæ dempto nulli vena ſecunda fluit:  
Aut ſi guſtarit, nec mecum ſentiat, ille  
Iam penitus guſtu iudicioq; caret.

BASILII ZANCHII.

Fraſtori venerande, deūm te munere gaudet  
Italia, & Graium prouocat omne decus.  
Mirantem te perſpicuo deduxit Olympo  
Uranie, & cœli ſidera noſſe dedit.  
Teq; repertor opis medice, te carminis auctor  
Producit, Lauri quæ leuis umbra cadit.  
Hinc doctus cœliq; vias, Muſasq; latentes  
Excutis: atq; omni membra dolore leuas.

Hinc Siphelim deuectam alio de cardine mundi  
Concinis Ausonia conspiciende lyra.  
Cantantem stupuere vmbrae, manesq; Catulli:  
Benacus placidis extulit ora vadis.  
Ipse Athesis circum ripis mirantibus hæsit:  
Attonitæ circum concinuistis aues.  
Frastorii reverande, tuum per secula nomen  
Proferet, immenso quæ volat orbe Dea.

ADAMI FVMANI Ve-  
ronensis.

Longè vir vnuis omnium doctissimus,  
Verona per quem non Marones Mantuae,  
Nec nostra priscis inuidens iam secula,  
Virtute summam consecutus gloriam  
Iam grandis æuo hic conditur Frastorius.  
Ad tristem acerbæ mortis eius nuntium  
Vicina fleuit ora, flerunt vltimæ  
Gentes, perijisse Musicorum candidum  
Florem, optimarum & lumen artium omnium.

ANDREAS

ANDREAS ALCIATVS  
IURISCONSULTVS.



*Suada, Thaleia, Themis fuit mihi semper amica:  
Inclitus eloquio carmine, iure feror.*

ANDREAS ALCIATUS ME-  
DIOLANENSIS.

Linguæ utriusque ad admirationem usque  
peritissimus;

Poëta & Orator optimus;

Inter sui seculi Iurisconsultos doctissimus,  
& inter doctissimos Iurecon-  
sultissimus;

Multis annis Iurisprudentiam BITVRIGIBVS  
primò, deinde TICINI in Acade-  
mia professus;

Qui primus omnium Iuris disciplinam nimis  
disputationibus, & barbaro dicendi genere in-  
uolutam, pristino nitoris restituere, & ad  
fontes veros reuocare co-  
natus est;

Memoria omnium seculorum & laude  
vir dignissimus;

Concessit naturæ anno M. D. xliix. TICINI  
in æde Diui EPIPHANII  
sepultus.

BEN.

BEN. ARIAE MONTANI.

Eloquio ius Romanum lucebat & arte, id  
Turba obscurarant barbara legulei.  
Andreas prisco reddit sua iura nitori:  
Consulti osq; facit doctius inde loqui.

IVL. CAES. SCALIGERI.

Quæ fatis fuit inuidis superstes  
Pura dictio, nobilis, diserta;  
Compta carmine melleo poësis:  
Ingens cognitio erudita rerum:  
Iuris regula iusta, lexq; legum  
Immortalibus explicata pennis  
Virorum beat ora doctiorum,  
Nil sunt cætera, quæ capit sepulcrum.  
Immensis meritis vterq; vtrig;  
Incumbunt duo, mutuoq; certant  
Vix totus decus orbis Alciati,  
Totius decus orbis Alciatus.

PARDVLPHI PRATEII.

Mercurium iuris cœlo demisit ab alto  
Altitonans nobis opimus Alciatum:  
Doctiloquumq; virum præcelsa ad sidera traxit:  
Fulgeat ut rectis candida stella viris.

Alciatus Digesta illustrat lumine claro:  
Per docuit recto tramite iura deum.  
Peruigili studio, magno permulta labore  
Alciatus scripsit dexteriore manu.  
Vt cunctis prodeisset, sed nec distulit unquam:  
Vnde ferunt alcen stemmata clara viri.  
Laudibus inspersus meritis iam per uolat orbem:  
Peruenit hic ambos rumor ad usq; polos.

NIC. BORBONII.

Dicitur Alcides domuisse immania monstra,  
Sub quibus & languens, & miser orbis erat.  
Barbariem, monstrum multò truculentius illis,  
Stravisti; Alcide maior es, Alciate.

GEORGII FABRICII.

Docta, nec obscuro scripsisti emblemata versu,  
Alciate: inuenti te manet huius honos.

MATH. GRIBALDI.

Consultissimus ornat Alciatus  
Musas, eloquium, sacrasq; leges.

STEPHANI PASCHASII.

Laudet quis cupide priora secla,  
Vel quos post huma vendicabit etas:  
Hoc vnum mihi vendicabo, primus  
Quod leges veteres Tribonianii  
Prisco reddiderim suo nitori.

EIVS-

EIVSDEM de ERASMO, BVDAEO,  
& ALCIATO.

Qui legit hos, legit ille sui tria lumina secli,  
Lumina non vlo non celebranda die.  
Hic Italus, Gallusq; alias, Germanus & alter;  
Quos triplex uno tempore fama tulit.

SEB. SCHEFERI Eteostichon.

Cur Astraea dolet? cur luxit Apollo? Poësis  
Heu iacet Andreas, & quoq; iuris honos.

NIC. REVSNERI.

Luge sancta Themis: Minerua luge:  
Luge Phœbe pater: nouemq; Musæ  
Lugete ô, Veneresq; , Gratiaeq;  
Andreas iacet Aleiatus ille  
luris maximus optimus Sacerdos,  
Rhetor, Historicus, Sophus, Poëta,  
Totius sapientie magister  
Ciuilis, pater elegantiarum,  
Et fons totius eruditionis.  
Quem vicesima lux secunda Iani  
Terris abstulit heu parum secunda.  
Sic hunc ergo Themis, Minerua, Phœbus,  
Et Musæ, Veneresq; , Gratiaeq;  
Lugent hoc meritô dei deæq;  
Tam pulcrum ac lepidum caput frequentes:  
Quæis mors inuidet hunc rapax alumnus.

IOAN. MARIUS CATANAEVS  
POETA & PHILOGOV.



*Me Vatem Liguris poterit, Solymisq; probare:  
Cetera Philologum scripta, Sophumq; probant.*

IOAN.

IOANNES MARIUS CATANAEVS  
NOVARIENSIS:

Merulæ Demetriique di-  
scipulus:

Quum iustas ex vtraq; linguâ facultates  
comparasset:

C. Plinij Cæciliij Secundi Epistolas eruditio  
Commentario inter-  
pretatus:

Luciani quibusdam etiam in Latinum  
sermonem Dialogis  
conuersis:

Poësis demum amore iam planè senex  
correptus;

Gotefridi Bullionij Sacro Bello, sub titulo  
Solymidos, decan-  
tato:

GENVA, Ligurum vrbe, felici descriptâ  
carmine:

Aliis nonnullis exacte eruditionis operibus, de  
Ludis Romanis, & de Solis ac Lunę cursu  
& potestate in medium  
propositis:

Obiit R o M A E , morte  
dissimulata:

Anno M. D. xxx.

• 1550 •

PETRI MYRTEI.

Vide, Viator, quanta iactura occulti  
Eset sepulcri; ni ingenii sui claris  
Perennioribusq; monumentis tectus  
Adhuc ubiq; viueret Catanaeus.

IOAN. LATOMI.

Penè adiusti ingens famæ Catanae periculum;  
Sic inscijs sodalibus  
Qui fato eriperis: studiorum creditus illis  
Partu propinquo querere  
Secessum: idq; satis fuerat conquesta Minerua:  
Quam sic Apollo reppulit:  
Haccine (signabatq; libros) monumēta, vel omni  
Perenniora marmore.

IACO-

IACOBVS SANNAZARIVS  
EQVES & POETA.



*Aemula suscepit magnum mea Musa Maronem:  
Proxima nunc cinceres umbra Maronis amat.*

IACOBVS SANNAZARIUS EQUE-

STRIS ordinis Poëta:

NEAPOLI natus, atque edu-  
catus:

Ob præclarum fœcundi atque felicis ingénij spe-  
cimen, repudiato aucto gentilitioq; no-  
mine, ACTIVS SYNCERVVS  
appellatus:

FERDINANDI Aragonum Regis Aulæ  
familiaris & assiduus:

Quem ipse constanti studio, atque integrâ fide;  
exulem Regno pulsū in vterio-  
rem Galliam secessus  
est:

Latini æquè ac Hetrusci carminis  
princeps:


Pari lepore saleque Musis vtrinque  
arridentibus:

Sed in primis tamen graui & sacro Poëmate, de  
partu Virginis xx. annorum limâ  
peripolito cele-  
bratus:

Obiit annum agens

LXXXII.

Sepultus cum suâ CASSANDRA, sumimæ virtutis  
& eruditionis muliere, iuxta villam Mer-  
gillinam in templo Deiparæ  
Virgini ab se de-  
dicato.



TVMV-

TVMVLVS.

DA SACRO CINERI FLORES: HIC ILLE  
MARONI:  
SINCERVUS, MUSA PROXIMVS, VT TV-  
MVLO.

---

M. ANT. FLAMINII.

*Quantum Virgilio debedit sylua Maroni,  
Et pastor, donec Musa Maronis erit:  
Tantum penè tibi debent pescator, & acta,  
ACTI, diuino proxime Virgilio.*

ANT. TIBALDEI.

*Virginis intactæ partum, partumq; videbis,  
Actia quem docto pectore Musa dedit.  
Admirandi ambo: humanae fuit ille saluti  
Vtilis ; humanus hic fuit ingenij.*

PETRI GRAVINAE.

*Qui diuina legis Synceri carmina vatis;  
Magnaq; virginei sacra puerperij:  
Non hæc humano credas procedere sensu:  
Auctori mentem mouit, & ora Deus.  
Hunc sibi delegit, quo non cœlestia quisquam  
Grandius, aut pleno cultius ore sonet.*

N. NIC. GRVDII.

*Nuper ad Oenotrias aciem cùm flecteret arces  
Christus, & Euboicæ mœnia Parthenopes.*

---

Mergillina procul quā Tethyos inspicit vndas,  
Audit ab Actiātā munera blanda domo:  
Arrectusq; diu modulamine carminis hesit;  
Inde sacro tales fundit ab ore sonos:  
Huc ades ô genitrix, illa si virgo pudoris:  
Arte pius vates dum tua facta nouat:  
Anne iterum arcano compleri viscera motu,  
Conceptumq; polo reddere credis onus?  
Certè ego mī videor primis irrepere cunis;  
Rursus & horriferæ mortis obire vicem.  
Dum mea s̄a pe tamē sic mors cantetur, & ortus:  
Nec graue sit nasci, nec mihi s̄a pe mori.

BASILII ZANCHII.

Has nassas, hęc linatibi Syncere sepulto,  
Piscator tenui dedicat arte Mycon.  
Hos calamos, myrtumq; tibi, viridemq; coronam  
Arcadiā pastor ponit ab arte Lycon.  
Has lacrymas, vulsamq; à vertice Mergillina  
Cesaricem, & violas spargit. & ammineum.  
Parthenope patria ipsa tibi de marmore bustum  
Condit, & extensis funera temporibus.

PETRI BEMBI.

Quid moror? æterni te sufficit umbra Maronis,  
Et tibi vicinum donat habere locum.

IOAN.

IOAN. LATOMI.

Dum vacat, & terras quoties petit illa Tonantis  
Mater, virgineo sed nec honore carens:  
Synceri ad tumulum properat visura; virescant  
Candida cum rutilis lilia sparsa rosis.  
Vinum dein laticem, dein altera munera flores  
Fundit, & arrepta sic canit orsa lyrâ:  
Conscie viue mei, felix Syncere, pudoris:  
Atq<sub>3</sub> idem partus conscie viue mei.  
Namque ego quo sacrum secretum teste peregi,  
Hunc quoq<sub>3</sub> tu testem carminis huius habes.  
Esto: ventris onus fuerit sine pondere pondus:  
Dum celebres, pondus sustinuisse velim.

IOAN. STIGELII.

Actius occiduo sic Sannazarius aeo,  
Canicie insigni membra decora tulit.  
Aonio sacras iterum qui vertice Musas,  
Felici in patrios sidere vexit agros.  
Primus & est veteres imitatus carmine vates:  
Vnde suo summum tempore nomen habet.

GEORGII FABRICII.

Smyrnam olim decimū pressisti Cinna sub annū:  
Hic gesſit partum bis duo lustra suum.

IOAN. IAC. BOISSARDI.

Nomen habent, Acci, per te Sebethides vnde:  
Tu per Sebethi flumina nomen habes.

IOANNES MANARDVS  
MEDICVS.



Patria me fuit Ferraria docta docentem:  
Pannoniae Medicum Regibus ante datum.

IOAN.

IOAN. MANARDVS FERRARIENSIS:

Spectatæ vir doctrinæ ac  
virtutis:

Rerum naturalium Speculator solers,  
atque industrius:

VLADISLAI Pannoniæ Regis  
Archiatrus:

FERRARIAE demum Medicinæ Pro-  
fessor celebris:

Libris aliquot Epistolarum  
Medicinalium,

Censuris item, & Annotationibus in Medicamen-  
ta Mesuæ Simplicia Compositaq;  
euulgatis:

Quum prolis aliquantò, quam vitæ  
suæ cupidior,

Planè senex, ductâ vxore iuuenculâ, funus  
maturasset suum:

Obiit in patriâ, articulorum dolore  
distortus,

Anno Christi M. D. xxxi.

---

CASPARI FIRLINGI GLO-  
GOVIENSIS SIL.

Ut vitam extendat genti Phœnicius ales,  
Vritur, inq; rogo semina ponit aui.

---

Aemulus hoc vidit, factiq<sub>3</sub>, exempla refingens,  
Manardus genitor dum parat esse, perit.  
Præmonuit Pallas, senium caussata; sed illi  
Restitit, & palmam sustulit alma Venus.  
At nunc rursus habet palmā cum sœnore Pallas,  
Et quem morte Venus perdidit, arte refert.  
Palladis ingenio viuit nunc ergo Manardus,  
Vltricesq<sub>3</sub> manus sentit auara Venus.

### CYNTHII GYRALDI.

Non hæc, quam spectas, claudit breuis vrna Ma-  
nardum:  
Claudere tā magnū nam breuis vrna nequit.  
Est ipsi tumulus, quicquid Sol lumine lustrat:  
Et quicquid magnus proliuit Oceanus.

### PETRI CVRSII.

Dum Manarde vigil cum prole Coronidis esse:  
Vidisti vitam perpetuam esse tuam.  
At dum formosā cum Pallade coniuge dormis:  
Sensisti mortem curuus adesse senex.  
Hic nunc clare iaces; & quem Podalirion esse  
Vidimus, annosum sustulit ipsa Venus.

### IOAN. LATOMI.

In soucā qui te periturum dixit Aruspex,  
Non est mentitus: coniugis illa fuit.

LVDO-

LUDOVICVS ARIOSTVS  
EQUES & POETA.



*Seu noua, seu vetus est Comœdia lusa: Latina  
Musa mihi pariter, Thuscaq; sponte fauet.*

P 4

LUDOVICVS ARIOSTVS Nobili gente FERRARIAE natus:

A primis annis ingenium in literis viginanter exercens:

Inter primos Etruscæ linguae Poëtas summus;

Inter Latinos non insimus:

Ab HIPPOLYTO ATESTINO Cardinali in Pannoniam illustri ac generoso adhibitus comitatu.

Ab ALFONSO Principe, tanquam horarum omnium amicus & sodalis, admodum benignè & liberaliter habitus;


Literario demum & ciuili suauiter fruens ocio;

Extra Aulæ strepitum:

Poëmatis variis, amœnitate Genij ac ingenij singulari, conscriptis:

Mirabili planè industriae facultate, in ORLANDO FVRIOSO luculentè demonstrata:

Obiit FERRARIAE, scalari ætatis anno, quum diu pectoris angustia ex pituitæ stillicidio laborasset.



---

TVMV-

TVMVLVS LVDOVICI  
ARIOSTI.

LVDOVICI ARIOSTI HVMANTVR OSSA  
SVB HOC MARMORE, SEV SVB HAC HV-  
MO, SEV  
SVB QVICQVID VOLVIT BENIGNVS HAE-  
RES:  
SIVE HAEREDA BENIGNIOR COMES;  
SEV  
OPPORTVNIVS INCIDENS VIATOR.  
NAM SCIRE HAVD POTVIT FVTVRA,  
SED NEC  
TANTI ERAT, VACVAM SIBI CADAVER  
VT VRNAM CVPERET PARARE VIVENS:  
VIVENS ISTA TAMEN SIBI PARAVIT,  
QVAE SCRIBI VOLVIT SVO SEPVLRCRO,  
OLIM SI QVOD HABERET IS SEPVL-  
CRVM:  
NE QVVM SPIRITVS, HOC BREVI PERA-  
CTO  
PRAESRIPTO SPATIO, MISELLVS AR-  
TVS,  
QVOS AEGRE ANTE RELIQUERAT, REPO-  
SCET:  
HAC ET HAC CINEREM HVNC ET HVNC  
REVELLENS:  
DV M NOSCAT PROPRIVM, DIV VAGE-  
TVR.

CAELII CALCAGNINI.

Tu repetis cœlum, & terras Arioſte relinquis,  
Et loca iam meritis inferiora tuis.  
Nos miseri, & curis longè mortalibus acti,  
Non tibi, ſed nobis fundimus has lacrymas.  
Gloriate niueis subducit in æthera bigis:  
Nos ſine te luctu perpetuo opprimimur.

IOAN. LATOMI.


Arma virumq; canens, Etruscae carmina Musæ,  
Palmam Virgilio vel tribuente refers.  
Scit ſua te melius patrio ſermone Latina,  
Quam fefe Latio Graia referre ſono.

IANI IAC. BOISSARDI.

Dum teris argutas vocali pollice chordas,  
Vincitur Orpheæ Thracia Musa lyra.

LEONI-

LEONICVS TOMAEVS  
PHILOSOPHVS.



Dum tot Aristotelis libros interpreter ore,  
Ac calamo, mereor ritè perenne decus.

LEONICVS TOMAEVS EPIROTA  
patre VENETIIS ge-  
nitus:

Ciuis insitus PATAVIO:  
Quum FLORENTIAE Græcas literas sub  
DEMETRIO didi-  
cisset:

Primus Latinorum Philosophorum Aristotelem  
PATAVII Græcè interpre-  
tatus:

Explosâ penitùs Sophistarum Barbaro-  
rum disciplinâ:

Commentariis in parua Aristotelis Natu-  
ralia eruditè luculenterque  
perscriptis:

Quæstionibus item perelegantibus, & in his de  
Intellectu, de Alica, & de  
Astragalo;

Ac præcipue libro de Varia historia pul-  
ferrimo celebris:

Obiit PATAVII annum ætatis  
agens LXXIII.

PETRI

PETRI BEMBI.

Naturæ si quid rerum te forte latebat:  
Hoc legis in magno nunc Leonice Deo.

IOAN. LATOMI.

Precare sacra verba, Viator;  
Nam Tomæus hic sepultus est:  
Dulci fruitur memoriâ  
Integritatis illibata,  
Partaq; litterarum gloria.  
Funde puer dulce merum:  
Odoros sparge flosculos:  
Spiret ut bustum, madeatq; tellus:  
Illaq; sancta & candida animula  
Se totam nostrâ gratitudine inebriet.  
Addemus titulum sepulcro & istum,  
Barbarus vt ne quis violet:

HIC IACET VIR VNVS OMNIVM  
DOCTISSIMVS, PISSIMVS.



GASPAR CONTARENVS  
CARDINALIS.



*Me duce, si nescis, disces, Respublica quæ sit  
Optima: purpureus mi datur hinc & honos.*

GASPA-

GASPAR CONTARENVS PATRICII

ordinis VENETVS:

Ab insigni memoria, illustrique doctrinâ, &  
corporis ac ingenij castitate  
mirabilis:

Reipubl. VENETA E grauis ac prudens  
Senator:

Ob eximiam virtutem maximarum legationum  
perfunctus muneribus:

A PAVLO III. Pont. Max. in Senatum Ecclesie  
Romane lectus, purpuraque &  
galero ornatus:

Ab eodem ad Comitia Imperij RATISB. in Ger-  
maniam missus Orator:  
Doctissimus ipse, & doctorum alter

Mecenat:

Cuius & in Philosophia de Elementis, eorumq;  
mixtione, & in Historia, de Republica VENETO-  
RVM, & in sacra Theologia, de optimi An-  
tistitis officio, extant egregiè  
scripta volumina:

Legatus tandem BONONIAE creatus:  
Neque ita multò post febre correptus  
rapida:

Obiit nondum sexagenarius, in æde diui  
PROCVLI sepultus, anno  
M. D. XLII.

---

M. ANT. FLAMINII.

Contarene tuo docuisti magne libello,  
Extinctis animas viuere corporibus.  
Ergo iure tui viuunt monimenta libelli,  
Et viuent seclis innumerabilibus.

EIVSDEM.

Descriptis ille maximus quondam Plato

Longis suorum ambagibus voluminum,

Quis ciuitatis optimus foret status:

Sed hunc ab ipsâ seculorum origine

Nec villa vidit, nec videbit ciuitas.

At Contarenus optimam Rempublicam

Parui libelli disputationibus

Illam probauit esse, quam millesima

Iam cernit æstas Adriatico in mari

Florere pace, litteris, pecuniâ.

IANI VITALIS.

Contarene tibi Pietas dum dia parentat,

Et queritur longo amissum Respublica luctu:

Ite, ait, illustres animæ, vitalia secla

Heroum, & vestro athleta exornate sepulcrum

Floribus: hic veris docuit rationibus esse

Immortalem animâ, summâ de mente creatam.

IOAN. LATOMI.

Lectus es in Venetum, Romanū deinde Senatum:

Firmitior ingenio qui stat vterq; tuo.

At nunc cœlesti fulges, trabeatus in ostro;

Sceptra magistratus ætherei q; geris.

Nam cur non capias defensi præmia cœli,

Quum non ingratos senseris hic homines?

FRAN-

FRANCISCVS MARIVS  
MOLSA POETA.



*Si quam culta Venus, mihi tam sit culta Minerua!  
Par mihi vix vates sit, lepidusq; magis.*

FRANCISCVS MARIVS MOLSA

Eximum atque habile ad Poëticum  
ingenium à naturâ con-  
secutus:

Quum Latînis Elegis, & Hetrusçis rythmis  
pari gratiâ ludendo, Musas  
exerceret:

Magna omnium commen-  
datione:

Aeternam nominis famam & laudem  
promeritus:

Maius etiam famæ laudisque decus ipse  
promeriturus:

Suo nisi prægrauante Genio:  
Par ingenio studium sub-  
trahens;

Pudoris & honoris sui habita ratione  
maiori:

MINERVAM impensiùs quam VENEREM  
colendo:

Summæ gloriæ, & clarioris Fortunæ cer-  
tissimam spem corrumpere  
voluisset:

Cæteroquin non Poëta solum, sed &  
Orator excellens:

Obiit morbo extinctus Gallico,  
Salutis humanæ anno  
M. D. XLIII.

---

M. AN-

M. ANT. FLAMINII.

Postera dum numeros dulces mirabitur etas,  
Siue Tibulle tuos, siue Petrarcha tuos:  
Tu quoque Molſa pari ſemper celebraſere famam:  
Vel potius titulo duplice maior eris.  
Quicquid enim laudis dedit inclyta Muſa duobus  
Vatisbus; hoc vni donat habere tibi.

HIER. FRACASTORII.

Quod Molſa fuerat, mortale hac conditum verna:  
Exſtruxere ſuis quam Aonides manibus.  
Cætibus at ſuperum fruitur nitidifimus almis,  
Itq[ue] comes magno ſpiritus Hippolyto:  
Quem Medica de genre ſatum pulcerrima virtus  
Extulit, & cœli templa tenere dedit.  
Quemq[ue] vnu ante omnes coluit, dū fata ſinebat,  
Atq[ue] oculis vates prætulit ipſe ſuis.

TRYPHONIS BENTII.

Qui lepido veteres aquauit carmine Molſa,  
Hic iacet, etatis maximus huius honos.

FR. FRANCH. COSENTINI.

Molſa iaces, tua fama viget, tua ſcripta leguntur:  
Felix qui potuit viuere poſt obitum.

IOAN. LATOMI.

Molſa tuos quicunq[ue] legit cordatior ignes;  
Nec locuples, inquit, nec probus iſte fuit.

IOAN. MATH. TOSCANI.

Tam lepido Tuscas coluisti carmine Musas:  
Itala quo studio tota iuuent a calet:  
Tam docte citharam pulsasti Molfa Latinam:  
Quam vetera aptarunt secula, nostra colunt:  
Vt decus Ausonia meritò dicare Camœna  
Illustrasse nouum, restituisse vetus.

PAVLI PANSÆ.

Molfa tuus yates, Musarum gloria, Phœbe,  
Occidit, ab pietas, ab pudor, ab facinus.  
Lugeat hunc spatiiosus ager, saltusq; relicti,  
Compitaq;, & valles, rusq;, & ouile float.  
Ingeminet questus, repeatant suspiria Nymphæ:  
Et luctu & lacrymis personet omne solum.  
Margine in herboſo reſponſent flumina Molſam:  
Amiſſum Molſam fonte queratur olor.  
Quis poſthac iuuenum teneros cantabit amores?  
Quis Veneris poſthac dulcia furt a canet?  
Quis Romam, & Romæ claros deſcribet honores?  
Quisue Sophocleo bella ſonanda pede?  
Iacturæ heu quantum fecit liquidissimus Arnus:  
Seu numeros, ſeu tu verba ſoluta velis.  
Felix sorte tuâ viues poſt funera Molfa:  
Trans Iſtrum & Gangē carmine notus eris.

Te flent Ausoni⁹ populi, te Bœtis & Indus:

Te Getulæ vrbes, te Daca, teq; Getæ.

Albula præsertim tumidis immurmurat vndis:

Et queritur septem Martia Roma iugis.

Nos etiam ex animo flemus: nos respice flentes:

Sume tibi has lacrymas, sume tibi hos gemit⁹.

Hos luctus, quando nequeo tibi ponere metas,

Pyramides, statuas, signa & ahena dare.

Hos questus cape, & hæc suspiria; qualia mater

Primæui nati mittit in inferias:

Cultorisq; tui vocem cognosce supremam;

Sic ô sit, cineri luxq; quiesq; tuo.

Ter salue ô longumq; vale, carissime Molsa:

O salue æternum Molsa, diuq; vale.

NICOLAVS VZANVS MEDICVS  
FLORENTINVS.



Clarus eram Meaicus, Medicæo Principe dignus  
Cosmo: cui custos corporis ipse legor.

BENEDI-

BENEDICTVS IOVIVS  
NOVOCOMENSIS.



Tam proprio, quam fraterno cohonestor honore:  
Patria grande meo carmine nomen habet.

Q 4

BENEDICTVS IOVIVS Novoco-

MENSIS, linguae vtriusque peri-  
tissimus:

Poëta bonus, & sincerus  
Historicus:

Patriæ suæ Co M I, atque item de rebus gestis, ac  
moribus Heluetiorum Historiâ ele-  
ganter perscripta;


Lario etiam lacu, eiusque piscibus, ac fontibus  
xii. Co M V M ambientibus heroico  
celebratis carmi-  
ne:

Aliis præterea Græcæ traductionis operibus non  
ignobilibus, cum lepidis Poëmatis, & cen-  
tum Epistolis grauissimæ erudi-  
tionis posteris de-  
dicatis:

Perpetuâ vitæ innocentia ac animi tran-  
quillitate summis æquatus  
Philosophis:

Obiit diem suum iam senex, nihil dum morbis  
corpore affecto, vegetaque memoriâ, &  
integro intentoque arden-  
tis ingenij vi-  
gore,

Annum agens ætatis LXXIII.



IOAN.

IOAN. BAPT. POSSEVINI.

Claudere Musæum iam Paulus cœperat, atq;  
Extremam chartis imposuisse manum:  
Cùm subito exclamat Benedictus, muneris huius  
Siccine me expertem frater abire finis?  
Non datur hoc, louius, viuenti, dixit: at ille,  
Perpetuum sperans viuere, latus obit.

ANTONII SERONIS.

Quòd sis vltima pars louî libelli,  
Id fratris pietate, & arte factum est:  
Ne vel carior aptiorue imago  
Olim, quam tua, iactet vlla sese  
Signasse hunc lepidissimum libellum.

IOAN. LATOMI.

Cùm tibi deferret fratri sententia primum;  
Aetatis medium posceret ordo locum:  
Maluit extremum Phœbus consultus haberet:  
Nec tibi non certâ lege supremus erit,  
Dixit: honoratum quòd frater ductitat agmen:  
Claudere quis melius debuit, aut potuit?

• 56 •

PAVLVS IOVIUS EPISCOPVS  
NVCERINVS, HISTORICVS.



*Per me vita alijs data, mi quoq; vita recepta est:  
Aeterno heroes laudis honore beo.*

PAVLVS

PAVLVS IOVIVS NOVOCOMENSIS,

Summo vir ingenio, multaque  
doctrinâ;

Peritus rerum, & exemplorum, & omnis  
vetustatis:

Scriptor historiarum sui temporis  
inlytus:

Præter quas non modò vitas aliquot Pontificum  
& Principum Italie, ac in primis MEDIO-  
LANI Vicecomitum:

Sed & Elogia virorum tam armis, quam literis il-  
lustrium, in Musæo suo ad viuum  
expressa, exactè de-  
scribendo:

Sempiternam ingenij & doctrinæ lau-  
dem retulit: .

Præterea etiam nonnullis editis aliis operibus  
de rebus Turcicis, & de Piscibus Ro-  
manis per celebris.

Singularis virtutis ergo, EPISCOPVS  
NUCERINV S creatus:

Musarum & Gratiarum CUPIDO:

Obiit mortem anno Sal. hum. M. D. LII. 3. Idus  
Decembr. Aetatis anno LXIX.  
M. VII. D. XXII.

TVMVLVS.

PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS  
EPISCOPI NUCERINI

HISTORIARVM Scriptoris CE-  
LEBERRIMI

HIC DEPOSITA SVNT OSSA, DO  
NEC EXIMIA EIVS VIRTUTE  
DIGNVM ERIGATVR  
SEPVLCRVM.

\* \*

HIC SITVS EST IOVIVS, ROMANAE GLO-  
RIA LINGVAE  
PAR CVI NON Scriptor, NEC PA-  
TAVINVS, ERAT.

VIXIT ANNIS LXIX. MENS. VII.  
DIEB. XXII.

OB. III. ID. DECEMBR.  
M D LI.

---

BONAVENTVRAE VUL-  
CANII.

Cuius ope æternum vultusq; animusq; virorum  
Doctorum superest, talis erat Iouius.

---

EIVS-

EIVS DEM de ELOGIIS  
IOVIANIS.

Humanis oculis cerni virtutis imago  
Si posset, miro illa sui inflammaret amore  
Pectora: nunc homines animis quorū illa resedit,  
Mirandos orbi, vt cœlestia numina, reddit.  
Sèpè sed illorum vultus spacia ampla locorum  
Eripiunt oculis, aut mors fluxo eximit aeo:  
At virtutis amans simul & virtutis amantūm  
Huius in his viuam effigiem, ipsorumq; tueri  
Dat louius tabulis expressa fidelibus ora,  
Et coram, & quocunq; loco, haud obnoxia morti.  
Quid maius præstari humana posse ab arte?  
Quis louium certare loui non dixerit ipsi?

HIERONYMI VVOLFII.

Paule loui, cur non sollers appinxit Apelles,  
Pinxit Apelle à qua tua dextra manu?

IANI IAC. BOISSARDI.

Diligeris Cosmæ: coleris quoq; Paule, Leoni:  
Doctus eras Medicus, doctus es Historicus.

IOAN. LATOMI.

Ille ego sum louius, cui scriptus piscis, & herbae,  
Et tenor historiæ nomina longa dedit.  
Quemq; per ingenuæ laudis genus omne vagantē,  
Carpentem titulis optima quæq; suis: (&

Impulit huc studium pietatis, ut ora virorum,  
Ingenij proprijs qui enituere bonis:  
Seu nostra miseri, seu sunt meliore beati  
Sorte, sua in villa picta videnda daret:  
Quā mire exstruxit victuro in nomine Comum,  
Quā patriam Lari verberat vnda lacus.  
Picta videnda dedi: sed multo illustrius, addo  
Ex merito laudes quando cuique suas.

EIVSDEM.

Donec erunt Musæ, donec qui diligit illas,  
Et iam non totus barbarus orbis erit:  
Musæum Iouij, Iouius dicetur & ipse:  
Illaq; pictorum docta caterua virum.

HONORATI FASITELLI.

Næ debent Iouio viri elegantes  
Bonis artibus omnibus politi:  
Næ debent Iouio elegantiarum  
Parenti, artibus omnibus polito,  
Quantum vix animus capessat ullus:  
Nec viui modo, qui vident amantq;  
Urbani senis & salem, & lepores:  
Sed quos lumine adempto auarus Orcus  
Quis scit, quo cohibet loco misellos?  
Nam facit Iouius suis tabellis,  
Excultis lerido suo labore,

Lethi

Lethi funera non timere viuos,  
Vitam viuere mortuos perennem.

E I V S D E M .

Magnanimi Heroes saluete, haud parua supremi  
Cura louis; docti maxima cura loui.  
Vos tulit in cœli sublimes luppiter arcem,  
Dignatus mensâ concilioq; deûm:  
Vos louius totum latè volitare per orbem  
Romanaq; iubet viuere in historiâ.  
Munera magna louis: verùm, si dicere fas est,  
Non sunt æterni dona minora loui.

T. M.

Cedite facundi, Musarum gloria, vates:  
Oratorq; tuo fulmine constiteris:  
Qui gesta Heroum maiori dixerit æstu,  
Non louio vixit sub gemino axe prior.

I N C E R T I .

Postquam relegit omnium  
Prouinciarum louius intimos lares;  
Nec institutâ substitit  
Viâ, vel alto territus montis iugo,  
Hinc diuidentis Italos,  
Illinc Iberos bellicosâ Galliâ;  
Vel æstuosis Adriæ  
Illinc procellis, hinc profundis fluctibus

Turbatus Inferi maris:

Sed inter acres euagatus milites,

Interq; rauca cornua,

Et fusa victorum hinc, & hinc cadavera

Non otiosa indagine

Tot inde rettulit libros Annalium.

Mox utriusq; littoris

Orâ remensâ diligens felicibus

Piscator inde retibus,

Auara quicquid antè Neptuni manus

Celauerat nobis, tulit.

Nunc inquietus, patre deductus loue,

Animusq; terrestribus

Non rebus explendus, velut celeri Noto,

Elatus ubi cœlestibus

Explere sese latius potest:

En aureo premit penu,

Quantum supremo Iuppiter manu polo

Pulcri recondit: & quia

Nunquam moueri cœlites queunt loco:

Vt sustulit Fati dies

Veras recepit singulorum imagines:

Quas dedit as Apollini,

Musisq; Larium colentibus lacum;

Beata continet domus.

Has si videre longate vetat vía,

Aut

*Aut morbus, aut senium graue:*

*Libellus exhibet venustus, aureo*

*Quouis monili carior.*

*Vos hinc remordet illa si cura, arduum  
Tentate cælum, posteri:*

*Quod summa virtus sola dat recludier:*

NIC. REVSNERI.

*Olim Cecilius, Secundus olim*

*Musis Plinius hæc suis beauit*

*Comi mænia, Lariumq; littus:*

*At nunc splendidioribus paternos*

*Museis louius lares honestat:*

*Quæ tot effigies habent virorum.*

*Tot laudes pariter celebriorum:*

*Quos vel Marte, vel arte Pallas ornat:*

*Quot nec Larius educat sub vndis*

*Laros, rex lacuum venustiorum:*

*Nec Comum lepidas alit puellas,*

*Princeps Insubriæ coloniarum.*

STEPHANI PASCHASII.

*Venalis cui pennæ fuit, cui gloria flocci,*

*Vix quid ut ille fide scripserit historicâ:*

M. CHRISTOPHORVS FLOREN  
TINVS L. P.



*Si dedit ingenium Pallas, si Phœbus honorem:  
Palladis & Phœbi nomine nomen habet.*

VAL. THIOL.

BAPTIST

BAPTISTA SICVLVS CITHA  
ROEDVS INCOMPAR.



Da citharam, da plectra, natet Delphinus in undis,  
Da mare, da nautas, Lesbius alter ero.

VAL. THILO L.

R. a

LEONARDVS VINTIVS  
FLORENT. PICTOR.



*Laudis Apellæ metuit sua sidera fulgor  
Sospite me vinci, me moriente mori.*

VAL. THILO L.

ANDREAS

ANDREAS SARLOVS FLO.  
RENTINVS PICTOR.



*Adspice spirantes variante colore figuras,  
In quibus antiquâ Zeufis ab arte micat.*

VAL. THILO L.

TITIANVS PICTOR.



*Tat Stygij viua traxi sub imagine campis,  
Scinderet iratas ut mihi Parca colos.*

VAL. THILO L.

MICHAEL

MICHAEL ANGELVS BONARO-  
LVS PATR. FLOR. STATVARIUS.



*Quid possit Natura arti sociata, figuras  
Sculpere Naturam qui docet arte, docet.  
VAL. THILO L.*

R 4

BAVCIVS BANDINELLVS  
STATVARIVS.



*Vel Venerem sculpem, vel Adonida: viuus Adonis,  
Viua Venus; viuunt oscula, viuit amor.*

VAL. THILO L.

M. VALE-

M. VALERIVS SCVLPTOR  
GEMMARVM.



Sculpere vel gemmas variis lapidésue figuris,  
Laudis anhelatae fax mihi prima fuit.

VAL. THILO L.

R. 5

ANTONIUS SANGALIO  
ARCHITECTVS.



*Si vigeat Euclides, fabricæ si Dædalus alis,  
Quid vagam miraris surgere texta polis?*

VAL. THILO L.

GELLV

GELLVS FLORENTINVS  
SARCTOR.



Dicit acus vestes genio ingeniosa sub artem:  
Artis acus Gellum dicit, & artis honos.

VAL. THILO L.

# INDEX VIRORVM

LITERIS ILLVSTRIVM,  
quorum Icones in I.parte  
visuntur.

- |                                  |                                |
|----------------------------------|--------------------------------|
| ALEXANDER Achil-                 | Demetrius Chalcon-             |
| linus.                           | dyles,                         |
| Andreas Alciatus,                | E 6..                          |
| O 4..                            |                                |
| Andr.Naugerius,                  | Domitius Calderinus,           |
| M 4..                            | C 7..                          |
| Andr.Sarlous,                    | EMANUEL Chrysolo-              |
| R 3..                            | ras                            |
| Angel.Politianus,                | D 2..                          |
| G 4..                            | FLAVIVS Blodus,                |
| Antonius Bernard <sup>o</sup> Mi | B 8..                          |
| randulanus,                      | Franc.Franchinus,              |
| O 1..                            | N 6..                          |
| Ant.Nebrissensis,                | Franciscus Marius Mol          |
| L 5..                            | fa,                            |
| Ant.Sangallo,                    | Q 1..                          |
| R 5..                            | Franc.Petrarcha,               |
| Aristoteles,                     | B 1..                          |
| A 2..                            | Franc.Philelphus,              |
| BAPTISTA Mantua-                 | C 2..                          |
| nus                              | GASPARVS Contare-              |
| K 5..                            | nus,                           |
| Baptista Siculus,                | P 7..                          |
| R 2..                            | Georgius Trapezun-             |
| Bartholomæus Platina,            | tius,                          |
| C 5..                            | D 6..                          |
| Bartolus Jurisc.                 | Guilielmus Philander           |
| B 3..                            | Castilionæus,                  |
| Baucius Bandinellus,             | N 6..                          |
| R 4..                            | Gell <sup>o</sup> Florentinus, |
| Benedict <sup>o</sup> Iouius,    | R 6..                          |
| Q 4..                            | HERCVLES Strozza,              |
| Bernard.Diuitius,                | I 7..                          |
| L 2..                            | Hermolaus Barbarus,            |
| Bessarion,                       | G 1..                          |
| D 4..                            | Hieronymus Donatus,            |
| CLAVDIVS Ptolemæ <sup>o</sup>    | K 2..                          |
| A 4..                            | Hieronymus Fracasto-           |
| DANIEL Barbarus,                 | rius,                          |
| N 8..                            | O 1..                          |
| Danthes,                         | Hierony-                       |
| A 7..                            |                                |

- Hieronymus Sauonarola H 5..  
IACOBVS Sadoletus, N 3..  
Jacobus Sannazarius, O 8..  
Ioan. Antonius Campanus, D 1..  
Ioan. Argyropylus, E 1..  
Ioan. Franc. Poggius, B 6..  
Ioan. Georg. Trissinus, M 7..  
Ioan. Iouianus Pontanus, I 2..  
Ioan. Lascaris, F 1..  
Ioan. Manardus, P 2..  
Ioannes Marius Cata-neus, O 6.. R 8..  
Ioan. Picus Mirandula, G 7..  
Iulius Cæsarinus, N 5..  
Iulius Pomponius Lætus, H 1..  
LAVRENTIVS Medices, F 5..  
Leo Baptista Albertus, F 4..  
Leonard. Aretinus, B 5..  
Leonard. Vintius, R 2..  
Leonicus Tomœus, P 6..  
Lud. Ariostus, P 4..  
MARCVS Antonius Ca-sanova, M 3..  
Marcus Antonius Coc-  
cius, I 6..  
Marcus Antonius Tur-  
rianus, K 8..  
Marc. Hieronymus Vi-  
da, L 3..  
Marc. Musurus, E 8..  
Mar. Tul. Cicero, A 5..  
Marc. Valerius, R 5..  
Marinus Angelus Accur-  
fius, M 6..  
Marsilius Ficinus, H 7..  
Michael Angelus Bo-  
narolus, R 4..  
Michael Marullus, E 3..  
M. Christophorus Flo-  
rentinus, R 1..  
NICOLAVS Leonice-  
nus, L 6..  
Nicolaus Perrottus, C 4..  
Nicolaus Vzarus, Q 3..  
PANDVLPHVS Colle-  
nutius, I 1..  
Paulus Iouius, Q 5..  
Petrus Bembus, M 8..  
Petrus Leonius, F 8..  
Petrus Montanus, N 8..  
Petrus Myrteus, M 8..  
Pet. Pomponatius, L 8..  
Phil. Callimachus, H 3..  
Pomp. Gauricus, M 1..  
THEODORVS Gaza,  
D 7..  
Titianus Pictor, R 3..

# INDEX EORVM,

QVORVM EPIGRAMMA-

ta in I. parte sparsim le-  
guntur.

A C T I V S Syncerus  
II.

Adamus Fumanus, I

Aldus Manutius. I.

Andreas Paetius, II.

Angelus Colotius, I.

Angel. Politianus, IX.

Antonius Maioranus,  
I.

Antonius Mancinellus,  
I.

Antonius Sero, I.

Antonius Tebaldeus,  
IV.

Augustinus Beatianus,  
III.

BAPTISTA Mantua-  
nus, II.

Bartholomæus Platina,  
I.

Basilius Zanchius, IV.

Beatus Rhenanus, I.

Benedictus Arias Mon-  
tanus, III.

Bernardus Bembus, I.

Blosius Palladius, I.

Boccarinus Aretinus, I.

Bohuslaus Hassenstein-

nus Baro, IV.

Bonauetura Vulcanius,  
II.

Bruno Seidelius, I.

C A R O L V S Vtenu-  
uius, I.

Casparus Firlingus, I.

Cælius Calcagninus,  
III.

Cynthius Gyraldus, I.

D O M I T I V S Palladius,  
I.

F R A N C I S C V S Franchi-  
nus, I.

G E O R G I V S Fabricius,  
XVII.

Georgius Sabinus, II.

Germanus Brixius, I.

H E R C U L E S Strozza,  
III.

Hieronymus Fracasto-  
rius, I.

Hieronymus Treutle-  
rus, II.

Hieronymus Vvolffius, I.

Hippolyt<sup>o</sup> Capilupus,  
I.

Honora

Honoratus Fasitellus,	M. Ant. Flaminius, <b>ix.</b>
II.	
IANVS Iacobus Boiffardus, <sup>mag</sup> <b>ix.</b>	Match. Gribaldus, <b>ii.</b>
Ianus Vitalis, <b>ix.</b>	Mich. Marullus, <b>ix.</b>
Ioan. Baptista Posseni- nus, <b>i.</b>	NICOLAVS Archius, <b>i.</b>
Ioan. Bartholomeus, <b>i.</b>	Nic. Borbonius, <b>i.</b>
Ioan. Franciscus Pog- gius, <b>i.</b>	Nic. Grudius, <b>ii.</b>
Ioan. Gallinarius, <b>i.</b>	Nic. Reusnerus, <b>v.</b>
Ioan. Iacobus Boiffardus, <b>vi.</b>	PANDVLPHVS Prate- ius <b>i.</b>
Ioan. Iouianus Ponta- nus, <b>iii.</b>	Paulus Melissus, <b>i.</b>
Ioan. Latomius, <b>LIV.</b>	Paulus Pansa, <b>i.</b>
Ioan. Lascaris, <b>i.</b>	Paulus Vergerius, <b>i.</b>
Ioan. Matthæus Tosca- nus, <b>ix.</b>	Petrus Bembus, <b>iv.</b>
Ioan. Pedioneus, <b>i.</b>	Petrus Crinitus, <b>ii.</b>
Ioan. Pierius Valeria- nus, <b>iv.</b>	Petrus Cursius, <b>i.</b>
Ioan. Stigelius, <b>i.</b>	Petrus Grauina, <b>i.</b>
Ioan. Thomas Musco- nius, <b>i.</b>	Petrus Myrteus, <b>xii.</b>
Iosephus à Pinu, <b>v.</b>	Prosper Spiritetus, <b>i.</b>
Iulius Cæsar Scaliger, <b>XIX.</b>	SEBASTIANVS Bran- dus, <b>i.</b>
MARCVS Antonius Ca- fanoua, <b>ii.</b>	Simō Vallambertus, <b>i.</b>
M. Ant. Coccius, <b>i.</b>	Stephanus Paschasius, <b>xi.</b>
	Sebastian⁹ Schefferus, <b>i.</b>
	TRYPHON Bentius, <b>i.</b>
	VALENTINVS Thilo Ligius, <b>xvi.</b>

F I N I S.

LECTORI S.

Obseruabis, amice LECTOR, Iconem IOANNIS MANARDI  
pag. O 6.. ad nomen & Elogia IOANNIS MARII CATANEI esse  
positam, propriâ illius effigie, incuriâ operarum , omissâ, quam hic  
tibi spectandam exhibemus.



ICONES  
ALIQVOT  
CLARORVM  
VIRORVM

GERMANIAE, ANGLIAE,  
GALLIAE, VN-  
GARIAE:

CVM  
ELOGIIS  
&  
PARENTALIBVS  
factis

THEODORO ZVINGERO  
*Med. Philes. & Polyhistori  
Clariss.*

BASILEAE,  
Apud CONR. VALDKIRCH.  
CIC 15 XIC.

CL. V.  
PETRO ROTH  
FREISTADIENSI  
SILESIO,  
PHILOSOPHO ET MEDICO  
PRAESTANTISS.  
ET  
PHYSICO IN PATRIA  
ORDINAR.  
AMICO CANDIDISS.  
S. P. D.  
VALENTINVS THILO  
LIGIVS.

---



NUM tua Phorceis Clio, PETRE, crinib. horret,  
Et Claria in scopulos pectora torta riget:  
Dum tacet ad mestam ZVINGERI immobilis ur  
Nec sociam in luctu se mihi missa gerit? (nam,  
Fallor: at hev tantis evi perculta ruitis,  
Ceu saxum in Liguis montibus obtiguit!  
Erige tu divam, Petre . quam lucem invida terris  
Parca tulit, celi lux nova luce micat:  
QUE jicit illustri radios diffusa THEATRO,  
Per Ligerim & Rhenum, per vad a longa Padi:  
Sic vice terrestris, Lachesis qUE subdira telo,  
Lucis, inextincto lux nitet igne polis.

Interea lege communis, PETRE, busta Patroni,  
QUE socio extruxi carmine & hev gemitu!  
Vive tuis felix cum Conju ge; vive; THILONES  
Dilige : me solito sors rotat orbe: Vale.

RAPTIM  
BASILEA RAVRIC. EX  
MEO MUSEO,

VI. EID. MART.

QVI AN. PR. ZVING. FVIT  
FATALIS.

cIc Ic xic.

• 65 •

THEODORVS ZVINGERVS  
BASIL. MEDICVS.



Quae mihi Zuingeri mentem, que pectoris artes  
Pinget, & o terras pinget & astra manus.

V. T. L.

TRINV.

TRINVNO S.

THEOD. ZVINGERVS  
BASILIENSIS,

Cv'M EX PHILOSOPHIA TENE-  
BRAS, EX ARTE MEDICA Hv-  
MANAS MISERIAS DE-  
PREHENDISSET,

SVMMI BONI COGNOSCENDI PO-  
TIVNDI'Q. DESIDERIO  
ACCENSUS,

CHRISTIANO PHILOSOPHO DI-  
GNAM MORTIS COMMEN-  
TATIONEM INSTI-  
TVIT,

VIVENS'QVE MORTVVS EST, VT  
MORTVVS VIVERET.

B. ANNOS LIV. M. vii. D. lix.  
O. ANN. CHRISTI CI CI XIIC.  
VI. EID. MART.

---

A. MA FIDES ABIIT, SPES INDVBITATA  
RECESSIT:  
PERFRVOR, INTVEOR. SOLVS AMOR  
REMANET.

---

PRECATOIO  
CYGNEA  
THE OD. ZVINGERI  
PHILOS. & MED.

Quam

Ab initio extremi sui morbi , ad  
imitationem Psalmi 122.  
conscript.

**O** Lux candida, lux mihi  
Lati conscientia transitus  
Per Christi meritum patet  
Vita porta beatae.

Me statutus revocat dies  
Augustam Domini ad domum:  
Iam sacra ætherei premam  
Letus limina Templi.

Iam visam Solymæ edita  
Cælo culmina & ædium  
Cætus Angelicos, suo &  
Augustam populo Urbem.

---

Vnem


Vrbem quam procul insimis  
Terræ finibus exciti  
Petunt Christiade, vt Deum  
Laudent voce perenni.

Iussam cœlitus oppidis  
Vrbem ius dare ceteris  
Et sedem fore Dauidis  
Cuncta in secula beati.

Dater nobilis vrbium  
Semper te bona pax amat.  
Ere semper amantibus  
Cedunt omnia recte.

Si per pax tua mœnia  
Cat, semper in atrij  
Tus copia dextera  
Larga munera fundit.

Ulcis Christiadum domus  
Iues foue nouitios  
Ala comitata Charitas:  
Spesq; Fidesq; Valete.



CL. V.

THEOD. ZVINGER O  
BASILIENSI,

PHILOSOPHO SINCERO,  
THEOLOGO VERO,  
MEDICO ELEGANTI,  
POLYHISTORI EXIMIO,  
PROFESS. ATH. RAVRIC. FID.

QVI

NUNQVAM INTERMORITURIS IN  
OMN. LIT. GEN. LUCUBR.  
CELEBERR.

Ex MORBO EPIDEMIO VI. EID. MART  
AN. C. CI<sup>o</sup> I<sup>o</sup> XIIC.

PLACIDISS. MORT. HUMANIS  
EXEMPTUS,  
DESIDERIUM SUI RELIQVIT  
IMMORTALE:

CUM  
LACRUM. M<sup>E</sup>STISS. PR<sup>E</sup>CEPTORI  
PATRONO  
MERENS MERENTI

P.

VALENTINVS THILO  
LIGIVS.

—SS—

Dn

Dum Ligias clades, & jam bella effera piango;  
En vocor, en querulos ingemit avra sonos:  
Obstupeo; vox pressa labat; calor ossa relinquit,  
Et tremor horrenti frigore membra quatit:  
Efferor ex terre spatiis super acia mentem,  
Et nova, soproto corpore, gesta bibo.

ARA soporiferas ardet nigra thure per umbras,  
Dira cupressreas dat Libilitina faces.  
Adjacet exanimum preciosam in sindone corpus,  
Qvod varia exululans turba lavat lacrymis!  
Prima Dea est virgo, & gestas Latio indice pilum,  
Pallida turgidulis flet sua damna genis:  
Qualis arenoso Ceycem in littore planxit  
Mesta repercussis fletibus Alcyone:  
Hei mihi! que sermone homines & numina duxi;  
Hei mihi! nunc Iaceo, nunc jaceo, & pereo!  
Plura cupit; sed plura nequit; vox favcibus heret,  
Et cava singultu guttura pressa labant.  
Cepit Amicleo sonitu, & gemit altera mesto  
Frondis oliviferę tegmine sparsa comas:  
Hei mihi! mella meis tu fudisti Attica labris!  
Hei mihi! nunc fundit nemo mihi, & morior!  
Sic ait, immergens lacrumis sua pectora: prodit  
Terna; pedum quassans pallia rupta secat:  
Et gemit, Eridani soror ut Phaethonis ad amne,  
Dum tremit irati tela trisulca Iovis.  
Hei mihi! clamat: vbi est nostre nova gloria getis!  
Labitur! hev labor! hev cadit! hev cecidi!  
Et tacet. excipiunt reliquæ lamenta querelis;  
Qualibus orba olim Laodamia virum.  
Hinc pullata ruens Themis, ô céli ignea clamat  
Sidera! quó tandem? Svada ait: Hev morimur!

Hinc sacer Aonidū chorus ingemit; Attica raptū  
Qualis avis tenero gutture plorat Ityn: (avras!  
Hej! Socio hoc placui & cecini, & modulabar ad  
Nunc mihi nec modulor, nec cano, nec placeo!  
Hinc Dea, qvę rerum dicit per secula fastos,  
In gemituni, ut rapto turture turtur abit.  
Hoc erat, exclamat, celi super astra Theatrum  
Ducere! & hev miseram deserere ad tumulum!  
Hinc Galatea, vagis Rheni quę presidet undis,  
Vda pedem, vda oculos, vda comā, vda genas:  
Vt Thetis occultis Nereia Tethyos antris  
Prodit Achilléos squalida flere rogos:  
O Superi, clamat, qvejs nos versare ruinis  
Iam placitū est? Rheni spes, decus Vrbis obit!  
Tu mihi spondebas solem, floremqve Lyceis:  
Nunc neqve spes floris, nec mihi solis erit!  
Inseqvit Nymphas senior palmā angve revinctus,  
Et tremulo exanimem ructat ab ore sonum:  
Qualis ad Antilochi Memnonia funera Nestor  
Flevit, & Hectoreos ad cineres Priamus:  
Rursus, ait, superis cepi hoc duce surgere campis:  
Hej mihi! dux moritur! rursus ego emior!  
Phēbus agens querulā fide lamentabile carmen,  
Increpat, hev properas vertere fata rotas!  
Excipit hos Pietas, oculisqve, ait, ethere fixis;  
Quid rapis ô animę viscera Parca mee?  
Si lacrumis posset, lacrumis jam viveret. astris  
Vivere vita; solo vivimus in gemitu!  
Dixit, & ad comites cōversa: per ethera mentem  
Ducite, jam luctum tergite corde, refert:  
Hec erit urna, thymum redolens & lilia; Virtus  
Scalpet, & avrato pectine pinget Honos.  
Intonuēre poli: Rhenus pater impulit undas:  
Se movet Eridanus; Seqvana spargit aquas.

Ara

Ara mica<sup>ta</sup> flānis : Superos petit umbra : cadauer  
Conditur. & potui cernere ; ZVINGER erat.

### EPITAPHIVM.

Si Pietas, si sancta Fides, si Peonis artes,  
Si Themis, & Muse, Svada, Lepos, Charites;  
Si Dea, que mundi dicit per secula fastos;  
Hinc Honor, hinc Virtus, si nece victa cadunt:  
Hoc Pietas, hoc sancta Fides, hoc Peonis artes,  
Hoc Themis, hoc Muse, Svada, Lepos, Charites;  
Hoc Dea, que rerum dicit per secula fastos,  
Hoc Honor, hoc Virtus, cespite juncta jacent.

### CHRONOLOGICVM

*Anni, Mensis, Diei  
Obitus.*

SOLIS EQVIS ARIES VERNAS CELER EX-  
PLICAT AVRAS,  
ET CITA ZVINGERI STAMINA FATA-  
SE CANT.

*Aut hoc, ex comm. orthogr.*

SOLIS EQVOS ARIES VERNIS CITVS OC-  
CVPAT AVRIS,  
ET NIGRA, ZVINGERO STAMINA, PAR-  
CA SE CAT.

IV. EID. MART. CUM FUNUS COMMU-  
NI LUCTU VRBIS ET ACAD.  
DUCERETUR  
P.

BASIL. RAVRIC.

Sequuntur E P I C E D I A de obitu  
THEOD. ZVINGERI, à diuersis  
scripta & missa.

D. O. M. S.

Si perscripta tibi viuo quæcunq<sub>z</sub>, fuerunt,  
Zuingere, hac tecum congerentur humo.  
Ipsum humus hæc caperet (dictu mirabile) rerū  
Naturam, & tellus, quicquid & aquor habet.  
Quinetiam quicquid gestum terraq<sub>z</sub> mariq<sub>z</sub>:  
Mundi ex quo fulsit tempore primæ dies:  
Non tulit hoc cui sunt humana negotia curæ,  
Sed simul & nobis cauit & ille tibi.  
Namq<sub>z</sub> tui cœlum pars obtinet: altera vitæ  
In medio tumuli puluere pignus habet.  
Abs te autem nobis tanto congesta labore,  
Scriptis salua manent condita cuncta tuis.

M E M O R I A E

VIRI TVM PIETATIS, TVM OMNI BONA-  
RVM ARTIVM COGNITIONE ORNA-  
TISS. THEODORI ZVINGERI, HVIVS  
NOSTRI SECVLI VARRONIS ALTE-  
RIVS, INCLYTAE BASILIENSIS ACA-  
DEMIAE INSIGNIS ORNAMENTI,  
T. B. M. P.

V. CL.

V. CL.

THEOD. ZVINGERO

PHILOSOPHO & MEDICO, qui paulò  
post editum ingens illud Humanæ vitæ

THEATRVM, feliciter ad Deum  
migravit:

A. F. M. P.

Tota Theatratibi plaudebant vndiq<sub>z</sub>, nuper  
Humanæ exhibito vitæ, Zuingere, Theatro:  
Inuideat Scauri cui scena superba potentis  
Quicquid & antiquis extruxit Gracia ludis.  
At postquam totis voces sonuere theatris,  
Plaudite: mortalisq<sub>z</sub>, nihil iam laudis habendum  
Restitit, humana mirum te cedere scena  
Accipias plausum cœlestis ut Amphitheatri?

P.

M.

D. D.

THEODORI ZVINGERI

Candore, Integritate, Pietate, Fide,  
mirè conspicui:

Tum verò PHILOSOPHIA, MEDICINA,  
Immò absoluta illa Græcorum  
*εγκυροποιησέας,*

Si quis huius seculi alias vñquam,  
Instructiss.

Quo Theodore iaces, tumulo conduntur eodem  
Cana Fides, Pietas, omnigena & Sophia.  
Vidimus hac nuper tecum sociata vigere.  
Vidimus, heu, subito te moriente mori.  
Fallor ego. superant chartis illustribus. & te  
Aeterno secum nomine concelebrant.


Et hoc.

Funera bina palam planxit Panacea, parentans  
Hippocrati primum, deinde Galene tibi.  
At nunc stagnanti lacrumis prostrata sepulcro  
Zuingeri, latitat. nam superesse pudet.  
Sic acerbiss. animi cum dolore, amico omni  
officiorum genere percolendo pareretabat  
O. B. C. G.

BASILEAE IV. Id. Mart. cI, I, xxviii.

---

Memoriæ nobiliss. Philoso-  
phi & Medici D.D.THEOD.  
ZVINGERI Basil.



Tota tuam ob mortem lacrymis Basilea redundat,  
Zuingere o, patrj luxqz, decusqz soli;  
Non, male tecum actum quoniam putat illa fuisse,  
Sed quoniam Phæbo nunc caret illa suo.

---

Aliud

Aliud.

Desine, Rauracides sileant cur, quarere, Musæ,  
Causa est: illarum mutus Apollo iacet.

Aliud.

Humana vita infirma quâni sit, vanaq;  
Tua quidem, Zuingere, morte comprobau:  
Namq; arte qui multis tua subueneras,  
Tandem ipse nullus, quotquot orbis suggerit,  
Herbis necem esse expertus es medicabilem:  
Vita sed humana Theatrum (in quod licet  
Venire spectatum omnibus mundi incolis)  
Moriens relinquens emori nunquam potes.

VOLRADVS à PLESSEN F.

---

EPIGRAMMATA

NICOLAI REVSNERI  
I. C.

Magnus eras Sophus, & Medicus simul, Histori-  
Zuingere, in terris dum tibi vita fuit. (cusq;  
Alter Aristoteles, alter Plato, Celsus & alter,  
Varro, Dioscorides, Plinius, Hippocrates.  
Quot sunt, omne tibi debet, quod deniq; viuunt:  
Viuit in his Genius sed magis ipse tuus:  
Vivet & eternum: dum stabit in orbe Theatri,  
Perpetuâ digni laude, perenne decus.

---

Salve, sancte cinis: cepisti pectore cælum  
Olim; nunc cœlo tu quoq;<sub>z</sub> captus ouas.

Eiusdem

In THEATRVM vitæ humanæ  
THEODORI ZVINGERI  
V. CL.

Multa Plato, Zuingere, tibi, Varroq;<sub>z</sub>; Galenus  
Plura, & Aristoteles debet, & Hippocrates.

Plurima tot veteres Scriptores, atq;<sub>z</sub> recentes:  
Per quos historiæ nobile constat opus.

Quis non ingenium tantum miretur, & artem,  
Ac studium? sunt hæc propria nempe tua:

Quæ nec habet coniuncta simul Plato, Varro, Gale  
Sed nec Aristoteles ipse, nec Hippocrates: (nus:  
Nec quotquot veterū historiæ extant, atq;<sub>z</sub> recen-  
Per te vnu historiæ nobile cōstat opus. (tūm:  
Qui legit hoc, Vitæ magnū legit ille Theatrum:  
Sic vnu iusta est Bibliotheca liber.

De Eodem.

Zuingere, si Vitæ Theatrum dixero  
Hoc Copiæ cornu, rectè num dixero?  
Namq;<sub>z</sub> omnibus doctrinis istud præscatet,  
Omniq;<sub>z</sub> virtutum expolitum gratias;  
Adeoq;<sub>z</sub> lac est totum gallinaceum,  
Quod præ bonorum tot laborat copiâ.

CL. V.

CL. V.

THEOD: ZVINGERO

IN OMNI VIRTUTIS ET

DOCTRINA GENERE

INCOMPARABILI.

RELIGIONIS SINCERAE,  
PATRIAE ATQ: EXTERORVM  
AMANTISS.

PETRVS NEVELETVS  
DOSCHIVS

LACRVMAS ISTAS MOESTISS.  
LIBAVIT.

VT CVIVS VIVENTIS IN CHRI-  
STIANO SVO EXSILIO SEN-  
SIT BENEFICIA.

EIVS AMISSI, IMO' EMISSI DE-  
SIDERIVM HIIS INCOMPTIS VER-  
SIBVS, QVANTVM FIERI PO-  
TEST, SOLARETVR.

ET BEATAM IN COELVM RAPTI  
MEMORIAM POSTERITATI PIAE  
ET GRATAE COMMENDARET,  
NVNQVAM INTERMO-  
RITVRAM.

CIC IC XXCIX.

Ergo iaces, patriæ eruptus, Zuingere, mihiq;  
Ergo iaces, & te, te quoq; Parca rapit?  
O decus Heluetie, potuisti occumbere? Morti  
Non Pietas, non se Relligio opposuit?  
O fatum infelix, nostra mox clade luendum!  
Namq; eheu! tecum fugit ad astra fides.  
Quò fugis, o patriæ quondam spes, o amor Vrbis!  
Immineant mala tot proxima cùm patriæ.  
Túne graui durus venienti occurrere damno  
Spreuisti? Ciues deseris ánne tuos?  
Nósne, quibus Pietatis amor patriamq; laresq;  
Eripuit, cessas protegere officijs?  
Quos tibi cura fuit princeps & sancta, tueri  
Inter inhumanis sauitiam exsilijs.  
Nec te immortalem tua non mortalia scripta  
Fecerunt, tanto scripta labore tibi?  
Non Asclepiadas inter doctissimus omnes,  
Quiuisti Mortis defugere imperium?  
Méne etiam, pater ò, potuisti linquere? méne?  
Me cui præcipuo es factus amore pater?  
Túne mihi hac inter tristis discrimina seclii  
Eriperi? quò te fata inimica trahunt?  
Fata inimica Vrbi nimium, nostrisq; mihiq;  
Omnibus & nimium fata inimica pijs.  
Nā cladē hac clades, velut vnda superuenit vnda,  
Adsequitur, nobis quæ Fosium eripuit.

Rhene

Rhene pater, geminam qui præterlaberis Vrbem,  
Hos gemitus nostros perfer ad Oceanum.

Fac reboet planctu miserando littus vtrumq;  
Fac cum Germana Gallicaripa gemat.

Oceano in magno fac vt suspiria Nymphæ

Imo corde trahant, & pater Oceanus,

Hoc, eheu, amissio, quo deceidente recessit

Heluetiæ atq; Vrbis gloria summa tue.

Aliud.

Geryonem colui, atq; animo tria corpora in uno:

Sæua sed ex tribus, heu! fata tulere caput.

Zuingeri, quo non fuit alter doctior uno,

Quo non in toto iustior orbe fuit.

Exsiliūm hī mihi dulce, atq; hos fecere penates:

Vix sit vt in vasto gravior orbe locus.

Vos reliqui, partes erepti implete sodalis,

Tu Grynæ, & tu sidus Amerbachium.

Aliud.

Humanæ nostros, structo, Zuingere, Theatro,

Exemplar vitæ subiçis ante oculos:

Ipseq; ad exemplar mores effingis honestos,

Exempla careant ne monita ista suo.

Qualis at extremâ fueris, qui resciet, horâ,

Vt vitæ dicet, congrua meta fuit!

Sic vitaq; & morte iuuas. Ac Numina faxint,


Stet nostra exemplo vitaq; morsq; tuo:

Aliud.

Tu, Basilea, gemit, ac lacrymosis vocibus imple  
Cœlumq; terrasq;, & qui tua culmina montes  
Despiciunt. Tuq; in primis, Academia, planctum  
Tolle, patrocinio tam fidi orbata Magistri.  
Vos quoq; vos patrijs pepulit quos hostis ab oris,  
Atq; isti Pietas fecit succedere terræ.  
Quæ iā spes superet, quamq; hac angusta, videtis.  
Vos properate pū certatim ad busta parentis,  
Dum sacro Gryneus ei sermone parentat:  
Et lacrymis oculos, & pectora tundite palmis.  
Ille quidem summo residet sublimis Olympos,  
Adspectuq; suæ fruuntur lucisq; salutisq;.  
At nos deserti duris in cautibus, inter  
Terræq; cœliq; minas, syrtesq; profundas  
Lenta graues inter trahimus suspiria curas:  
Semineces luciuq;, metuq; & clade propinqua.

ΑΛΛΟ.


Δῶρα Θεοῖς Θεόδωροῦ ἐμὸς λάχεν, εἰτ' ἀπένειμε  
Ανθρώποις αφετὰς καὶ πολυΐσοείμ.  
Νῦν δὲ ἄφεστον ἔχει Ζωὺς Γέρες· αἷλλας φίλοισι  
Πένθος ποτῆσις καλλιπεκαὶ σοναχάς.



P. M.

P. M.

THEOD. ZVINGERI  
MED. PHIL. CL.



DIONYSIVS LEBEV S BATILLIVS  
Tricassinus I. C.

*Quid, Zuingere, iuuet tua me ad monumēta co-  
rollas,*

*Serta quid è lacrymis humida ferre meis?*

*Quid cineri ingratos Arabum de gramine odores,*

*Quid vanasq; preces, vanaq; thura foci?*

*Quid clamare tuum supremo puluere nomen,*

*Ipsa suo vt tibi sit pondere terra leuis?*

*Scilicet id manes credam curare sepultos,*

*Placari aut umbras munere posse tuas?*

*At quando absenti atq; alia regione remoto*

*Non licuit pompā funeris ire tui;*

*Nostro ne caruisse vno videaris amore*

*(Et desiderio iam renouatur amor.)*

*Sentire & nostri cœlo si nunc quoque ab alto,*

*Zuingere, officij debita iusta potes:*

*Accipe, pro inferijs qua nos libamus adempto,*

*lure tui memores, carmina mœsta tibi.*

I.

Qualiter Assyrīs flagrans in odoribus, eui,  
Postmodò quæ reparet, secula finit auis:  
Desuper aspectans solatur Phœbus alumnam  
Natales quæ sit morte habitura vices,  
Iamq; rogo senium positum est, iam pulcrior illa  
Altera iamq; eadem profilit illa rogo:  
Haud aliter plenis iam plenus honoribus annis  
Heluctia Phœnix, conspicuumq; decus;  
Ipse suæ & casias sibi quam substrauerat ante  
Laudis & impositus cinnama odora super,  
Zuingerus moriens, idem inde renascitur alter,  
Fama illi & vitæ tempora restituit.

II.

Quam tibi nō paruo steterit, dum vita manebat,  
Zuingere, & virtus & tua Musa tibi.  
Testantur partæ virtutis præmia palmae,  
Testantur Musæ tot monumenta tuæ:  
At si aliqua inde venit superet quæ tempora vita  
Gloria, supremos effugiat q; rogos:  
Semper in hæc viues, quā nūnc post fata reducūt,  
Zuingere, & virtus & tua Musa tibi.

III.

Dum Phœbo & Musis totus Zuingerus inharet  
Cecropia & nimio flagrat amore Dea.

Dum

Dum studij inuigilat nocturno exsommis olio,  
Ardori & nescit ducere fræna suo.

Dum cœptis animus semper maioribus instat  
Quò maiusq; minùs ferre recusat onus.

Dum tantum insano iuuat indulgere labori,  
Atq; opere adtritas adterere usq; manus:  
Spiritus absumpto sensim de corpore sensim  
In patrias sedes extenuatus abit.

Illum vbi iam requies tantorum grata laborum,  
Queq; illum comes est fama secuta, iuuat.

IV.

Maior erat quam cui poterat fortuna nocere  
Zuingerus, totus vel sua fata pati:

Vtq; illi abstulerint tristi modò funere vitam,  
Sunt illi multò plura relictā tamen.

Excessere metū sua nā bona, & inclita laude  
Zuingeri nequeunt tot munimenta mori.

Quin parte ipse sui viuit meliore superstes,  
Ipse sibi & maius nunc quoque nomen habet.

V.

Emeritis Phœbo & Musis feliciter annis,  
Zuingerus Phœbi Pieridumq; decus

Emeritum, meritæ referebat præmia palme,  
Cinctus honoratas fronde virente comas.

Et monumentorum incendebat victor aceruos,  
Et titulis plenam nominibusq; struem.

Non vltra tantæ successu laudis ouantem

Zuingerum palinis, mors inimica tulit.

Inq<sub>3</sub> loco pugnæ dona inter & inter honores

Vitam illi celeri turbine seu rapit.

Corporis exuicias victrixq<sub>3</sub> induita pusillas

Exultans atris atra triumphat equis.

Risit, quæ cœli medio terræq<sub>3</sub> locata

Zuingeru extincto Fama superstes erat.

Atq<sub>3</sub> tui, dixit, spolia hæc sunt vnica iuris,

Et potuisti in me iuris habere nihil.

## VI.

Virtutem esse sui pretium qui duceret vnum,

Moribus & meritis, & pietate grauis:

Vnum quem fuerat non dignata docere

Pallas, & ipsa suo blanda fouere sinu:

Cui fuerant castæ dulces ante omnia Musæ,

Quo non & Musis charior alter erat:

Qui super ipse sua molitus laude labores

Pertulit immensos, herculeisq<sub>3</sub> pares:

Quo non est alter cedro mage digna locutus,

Mouit & in plausus tota theatra magis;

Cui dederat Phœbus medicas nec inaniter artes

Atq<sub>3</sub> opifer dederat cui sua dona Deus:

Alter qui poterat Sapiens ab Apolline dici,

Successor, Sophie, qui tibi quintus erat:

Quiq<sub>3</sub>

Quicq<sub>z</sub>, Conon alter cœlum cœliq<sub>z</sub>, meatus  
Ingenio potuit supposuisse suo:  
Heluetica gentis decus admirabile, & vnius  
Non dubitata æui gloria summa sui,  
Zuingerus iacet hic : heu quam Lux illa, decorq<sub>z</sub>,  
Ille viri, Virtus quam breuis illa fuit!

Προσωπομία

THEOD. ZVINGERI  
V. C.

Et didici, & docui linguas, Medicamina, Gentes,  
Et quas inferior possidet orbis opes.  
Corporis ac ægri curaui vulnera, morbos,  
Alter ut hic nostris verus Apollo forem.  
Arte Promethea, deprompsiq<sub>z</sub> Aetheris ignes,  
Humana æthereo viuat ut aura foco.  
His sunt Δωρεæ Deiōn Θεοδώρω credita terris,  
Θωρηæ Deiōn cœlo me meliora manent.  
Quiq<sub>z</sub> maritaui studiis æterna caducis  
Atq<sub>z</sub> pia, Aeternis muto caduca bonis.  
Est terrestre satis mihi iam lustrasse Theatrum:  
Nunc scando excelsi clara Theatra Poli.

HIS IOAN. ALBOSIVS Medicus Gal-  
lus, parentabat piis Manib. Amici.

EPIGRAMMATA

IOAN. POSTHII MEDICI

& Aulæ Palatinæ Elector.

Archiatris, P. L.

Zuingerus, Basilea, tuum decus occidit: imò  
Paeonie excellens occidit artis honos.

Quid loquor? imò viget suap monumenta super-  
Quistali haud cupiat viuere posse modo? (stes:  
Eiusdem.

Qui medicam docuit, medicamq; exercuit arte,  
Multisq; promptus dextrâ & ore profuit,  
Zuingerus, rapida combustus pectora febre,  
Suâ ipse destitutus arte concidit.

Nec mirum. contra vim dire & spicula Mortis  
Haud vlla profert hortus vllus pharmaca.

Eiusdem.

Zuingero , fugiente animâ, dum sedulus adstat  
Grynaeus, inq; spem virum bonam erigit:  
Se quoque penè animâ sensit priuarier . arcti  
Viu tanta amoris, tam potens est vinculum!

1660

---

ELEGIA.

## ELEGIA.

Sepius indignor, mortemq; insector iniquam,  
Quando bonos citius cerno perire malis,  
Seruari reprobos, nimium florere malignos,  
Indignos tolli, diuitiisq; frui:  
Contrà vexari iustos, pietate coruscos  
Fraude, dolis, odijs, pauperieq; preni.  
Deniq; vel ferro, flammis, vndisue necari,  
Aut immatura morte perire domi.  
Et nisi monstrarent mihi dia Volumina causam,  
Ac solarentur me sacra Verba Dei.  
Numina iusta minus, velut Ethnica turba, puta-  
Dicere vel possem, nil iuuat esse pium. (rem,  
Sed non hoc Pietas concedit murmur, ab ore  
Blasphemо patitur talia probra Deus.  
Illijs semper bona nec culpanda voluntas  
Est, bene vult iustis, nec male velle potest.  
Aerumnis tamen hos in terris subiicit, alto  
Vt magis in cælo lucida membraga gerant.  
Sie spatum reprobis plerung; diutius aui  
Extendit, discant hic ut amare Deum.  
Et respicentes desistant turpibus ausis,  
Nec Stygio fiant præda voranda cani.  
Sed citius sanctos hinc auocat, atq; fideles,  
In patriam veniant hoc ut ab exilio:

Ereptiq; malis prauo impendentibus orbi  
Pœnas non gustent, quas meruere mali.  
Temporiusq; coronentur cœlestibus oris,  
Conspictu lati colloquioq; Dei.  
Præmia quandoquidem iustis quæ denegat orbis,  
Aetherea cumulat largius arce Deus,  
Omnes abstergens lacrymas, pensansq; dolores,  
Non effabilibus perpetuisq; bonis.  
Hæc igitur restat mihi consolatio sola,  
Quando bonos citius cerno perire malis.  
Et nunc turbato cordi solamina præstat  
Nil aliud, quam quod cogitat hæc animus,  
Dum medio vita cursu Zuingerus ab orbe  
Astra super cœli raptus amœna fugit.  
Si quis enim dignus longæui Nestoris annis,  
Aut atate lared Mathusalæq; fuit:  
Zuingerus certè fuit hic, quem luget ademtum  
Nunc omnis Charitum Pieridumq; chorus.  
Quotquot & has illasq; colant Germanidos oris,  
Ingenio verum vel peperere decus.  
Omne genus Sophiæ quia calluit, explicuitq;  
Vnus hic ante alios dexteritate viros.  
Nil adeò fuit abstrusum, tenebrisq; refertum,  
Hebreis, Græcis, Ausoniisue libris,  
Non enodârit quod is, ac in luce repostum  
Clara perspicuum fecerit artis ope.

Lumen

Lumen Aristoteli, decus immortale Galeno,  
Hippocratisq; stylo prætulit ille facem.  
Nec minus in reliquis auctoribus ordine docto  
Præsttit, illustres quos renouando dedit.  
Assiduis studijs ac curis deditus omni  
Tempore, ceu vitæ prodigus ipse suæ.  
Emisit tot enim varij monumenta laboris,  
Diuini testes ingenij tot habet:  
Vt vix hos aliquis possit numerando referre  
Tot peruvoluendis sufficiátue libris.  
Quid placidos referam mores, planeq; decentes,  
Virtutesq; , quibus claruit ille palam?  
Et quant a sacros Scripturæ saluificantis  
Scrutatus fuerit relligione libros?  
Doctrinæ omnino respondit vita peracta,  
Exemplarq; boni præbuit ille viri.  
In quo nec liuor, neq; Momus carpere quicquam  
Ausus erat, Superis hinc ita complacuit,  
Noluerint ut eum superesse diutius, orbem  
Ingratum donis siue iuuare suis.  
Forte vel inuolui pœnis, delira senectus,  
Quæs dabit hæc Mundi per latus omne breui.  
Pectore conuerso nisi nos delicta perosi  
Emendauerimus ne quiter acta primi.  
Ploret ob id meritò quamuis Basilea peremtum  
Hoc ornamentum præsidiumq; suum.

Condoleant Musæ, simul illa crymetur Apello,  
Et quorum Aonijs ora rigantur aquis;  
Sors illi melior tamen obtigit, inter Olympi  
Dum Proceres fruitur nectare & Ambrosia.  
Ac animo propiore videns introspicit illa,  
Quæ non mortalis conditio assequitur.  
Alloquioq; Dei latus, vultuq; beatus,  
Vita immortali gaudia pacis agit.  
At nos, qui reliqui sumus hac ætate, dolores,  
Terrores, fletus, duraq; fata manent.  
Quæ mala, vera animos si non fastidia noxæ  
Intrârint, Erebi pœna sequeur atrox.  
A qua cùm cunctos immunes fecerit Heros,  
Qui verus Deus est, est quoq; verus homo:  
Conuersis animis nos accedamus ad ipsum,  
Bilis & oremus ponat vt arma suæ.  
Ac nobis parcens ærumnas mitiget huic  
Vite, det pacis grataq; dona suæ.  
Ut placitos ipsi cultus præstare queamus,  
Donec in hac fragili carne soloq; sumus.  
Ac tandem tenebris erepti tristibus orbis  
Siderea iuncti stemus in arce pijs.  
Nunc vbi Zuingerū scimus gaudere, sub vrna,  
Cuius inoblita molliter ossa cubent.  
Gratæ memoriæ amici & Agonotethæ sui cha-  
rissimi, BARTHOLOMEVS HVBNERVS  
Med. & Philos. Erphordianus F.

Ἐπιτάφιον.

Inducta renitet quod luce, & Sole refulget  
Clarius, immenso Cœus in orbe senex;  
Lumine quod cassis, Zuingere ô, luminis affers,  
Ipso etiam, vita lumine cassus, opem.  
Haud leuis accedit meritis tibi gloria tantis,  
Nominis atq; tu fertur ad astra iubar.  
Iure igitur viuis, tibi post tua fata superstes,  
Cui datur aeterno lumine posse frui.

Eidem.

Præbuit hic Medicis Zuingerus lampada, doctæ  
Cimmerias artis discutiens tenebras.  
Cedito Phœbe parens; lateas, licet, abditus antro;  
Nil tibi nobiscum; Phœbus hic alter erit.

Eidem.

Et Musæ & Charites, & Phœbi dia propago,  
Rauraciq; decus, lumen honosque soli:  
Heu! & prisca Fides, & veri pectus amicum,  
Zuingere, hac tecum contumulantur humo.

Eidem.

Ingenij vis mira tui, Zuingere, feretur,  
Quo nemo scripsit clarius aut melius.

Eidem.

Zuingerus iacet hic, cui non Germania grates,  
Non orbis potis est persoluisse pares.

IOAN. PASCHARIVS Regius Med.

ELEGIA  
GASPARIS FIRLINGI  
CLOG. Silesij, Med. &  
Phil.

Spargite me lymphis Nymphæ, quæ fletibꝫ auctas  
Indigenum Rheni nunc habitatis aquas.  
Flebilis in tumulos ferali carmine versus  
Ducitur, vt vestra ciuis in vrbe gemat.  
Caussa grauiis gemitus poscit. Nā fata negarunt  
Pierium viuo flamine corpus agi.  
Flaminis arbitrium iacet, & diuulsus hiatu  
Mortali æthereum spiritus audet iter.  
Ciuis erat nuper, cumulumq; gerebat honorum,  
Nunc cinis in tumulo est, & capit agger onus.  
Hei mibi, quam vitæ cursum breuis area claudit,  
Dicit & ad manes semita lata nigros.  
Errat, qui longas rem nostram extendit in horas,  
Et seris gratuidam casibus esse putat.  
Vix nobis aura afflauit vitalis odorem  
Luminis, & tenebris mors capita atra tegit.  
Omen in exemplo est: Vatū iacet inclitus heros  
Vestibulum seni mortuus ante sui.  
Quem bona debarerat tardæ fortana senectæ,  
Sustulit è medijs inuida Parca vijs.  
Sic igitur, diuine tibi, Zuingere, quietem  
Fasq; sepulturam Dis properare fuit?

Num

Num tuus inuidiæ fuit illis spiritus, aut te

Mortales animis non voluere sequi?

At veri iustiq<sub>3</sub>, tenax, & cultor honesti

Nominis, & varie conscius artis eras.

His tibi Diuorum mentes, hominumq<sub>3</sub> pacisci  
Obsequia in nutum visus es almatuum.

Quæ tibi sors igitur properarit soluere vitam,  
Omnis ab augurio est nostra petenda fides.

Ergo agite, & noua Pierides in carmina vtr̄es  
Sumite, fatidici nunc erit oris opus.

Omina stant populis magni præsagia tumultus,  
Raraq<sub>3</sub> erit nostro tempore in orbe quies.

Ominibus dant signa fidē. Nam pugna parata est,  
Et Scythicas horrent viscera nostra manus.

Hostis equo vehitur, Styriaq<sub>3</sub> allabitur oris,  
Eruere ut nostras sanguine tentet opes.

Hei mihi, si dubio concurrent Marte potentes,  
Et capita Europæ barbaræ sica pētet.

Tunc pugnæ locūs, Europæ commune sepulcrum,  
Virtutum atq<sub>3</sub> virūm fiet acerba cinis.

At non hæc tantum strages metuenda, sed atrox  
Non minus Occidas turbat Erinnys aquas.

Et quid præterea gelidos apud aura Triones  
Intonet, in dubio est, paxne vel arma sonent.

Quid referam terras alio sub Sole iacentes,  
Quas ciet ad pugnas præda vel ira nouas?

Cc

Talia cùm restent miserarum examina rerum,  
Et lethi ostendat publica pœna vias.  
Triste, oculis haurire vices atq; auribus omnes,  
Tristius at socia mergere sorte caput.  
Ergo beatus erat, cui tanto in turbine rerum  
Et Deus & durus vertitur ante dies.  
Quem Deus ereptum terris vacuumq; tumultu  
Et vacuum transfert in sua regna metu.  
Fallor, an hoc, Zuingere, tibi fuit ultima fato  
Hora data, & superas iussus es ire vias?  
Felix ô Diuum tranquilla sede receptus  
Ocia qui rebus nactus es ampla ruis:  
Qui res sectaris rerum traductus ab umbris,  
Et lecta hic oculis nunc legis astra manu.  
Spes erat, in mortem pronam mutare figuram,  
Mutata est species & tua morte caret.  
Hinc neq; te morbi, nec te dolor urget acutus,  
Caussa nec ad morbum suppetit villa nouum.  
Nulla fides acres persuadet adesse tumultus,  
Nec belli motum, nec superesse metum.  
Pax animas superum faciles iuuat alma, nec ho-  
Fas est ad prædam vel properare necem. (stem  
Hæc ergo rerum cam fit fortuna tuarum,  
Et data sit cineri, pax, medicina tuo:  
Fas erat Assyrijs, te propter, odoribus aras,  
Gratiferis auræ & cumulare sonis:

Quod

Quòd se molis egens, molis compage solutus,  
In supera iactet spiritus arce tuus.  
Sed fatum petit ardor, & in contraria prono  
Noster agens motu spiritus ausa ruit:  
Vix aqua incauti patimur tua commoda mente,  
Et tua sit nobis inuidiosa salus:  
Ante diem querimur raptum, cœloq; locatum  
Non animo nostris inuigilare bonis.  
In primis luctum ingeminat, miserabile lethum  
In viduo deslens, vxor amata, thoro.  
illa graui quoties suspiria pectore ducit,  
Hos, inter gemitus, reddit ab ore sonos:  
Siccine mutato mea gloria fluxa tenore est,  
Nec decus agnoscit pristina fama suum?  
Felix nuper eram, felici iuncta marito,  
Qui me conspicuam fecit honore rudem.  
Ille bonis gaudens nostris solida arte parabat  
Fulcra, gerens humeris remq; domumq; suis.  
Viximus atq; vna sine lite peregrimus annos,  
Et nullum in nostro crimen amore fuit.  
Idem diuini pandens mibi dogmata Verbi  
Pectora preceptis fecit aperta sacris.  
Quin etiam teneris pietatem insudit alumnis,  
Verna docens puras ora sonare preces.  
His ego florebam, florensq; beatas ferebat,  
Martialis sed florem detulit aura meum.

Cuncta racent, nigraque simul tellure teguntur  
Fulcra, domus, pietas, gloria, nomen, honos.  
Hei, quam me capitis laedit iactura potentis?  
Quam grauis est natis orta ruina meis?  
Nemo meas cum muneribus properabit ad aedes,  
Nec dominum post hac vox pregrinam peter.  
Finge tamen queri; quæ sit nominis ardor.  
Verba mea in lacrymas protinus ire sinet:  
Quod si vox instet rimari plura volentis,  
Responsum potero non iterare meum.  
Talibus infelix manes plorauit amatos,  
His lacrymis, vxor, dilituit ossa Viri.  
Iam redit ad natos necis altera cura paternæ;  
Et verba in fatum cogit acerba loqui.  
In patris exemplum spirant; sed, fata, queruntur  
Patris in exemplo non posuisse moram.  
Occidit, exclamant, nec iam vestigia restant,  
E' quibus in mores fas sit abire pares.  
Quin superesse negat monstret qui fila per artes,  
Cum labyrinthis flexibus error agit.  
Tot natis sperata necem perierte per unam  
Commoda, non uno commoda nata die.  
Haud diuersa ferunt in Parcas criminatae,  
Natae, curarum quas mare iactat idem.  
Non his, contendunt, patri rumpenda diebus,  
Concessa in vitam fila, fuisse suo.

Illijs

Illi⁹ occasu stat eis sine fruge supellex,  
Nullaq; spes cumulum spondet in ære nouo.  
Spes iacet, & non dum partis fiducia rebus  
Excidit, in cinerem spesq; fidesq; sedent.  
Non pater est qui nubilibus connubia firmet,  
Et nuptum doctis suadeat ire viris.  
Omnis in his ergo stabit peregrina puellis  
Cura, nec externo surget amore fides.  
Hactenus hæc Vxor misit lamenta marito,  
Natorumq; Patri sexus vterq; suo.  
Non minus at crebras mæsto iacit ore querelas,  
Et cineres lacrymis plebs lauat ægra pios.  
In primis Patres, & que nitet alta Senatu  
Curia, funesto carmine busta notant.  
Nam Patribus cordi fuerat, virtute quod Vrbem.  
Et fama Dominos Vrbis ad astra tulit.  
Succedunt Ludi Proceres, luctumq; fatentur,  
In nigra iaceat quod caput artis humo.  
Pulpita stāt, artemq; premūt sine voce Magistri,  
Et nemo Coos imbibit aure sonos.  
Addunt se socios lacrymis, vrgentq; querelas,  
A quibus in ludos litera pressa venit.  
Cessat opus, pensoq; carent, quas subdita prælo  
Verterat in calium pagina docta, manus.  
Quiu etiam præli Dominos, quos diuite cura  
Extulit, auditum est, iam sua damna queri.

Quid referam, quibus agra lues in corpore sedet,  
Pristinaq; auxilijs vis reparanda fuit?  
Illi adeò luctu indulgent, vt morte peremptum  
Non leuius Medicum, quam sua fata gemant.  
Dumq; timent vt par succedat cura priori,  
Vbertim in lacrymas morbidus humor abit.  
At magis haec miseros magno mors costat egentes,  
Quos comes ad morbum duxit anhela fames.  
Illi sepe manu succum non, pressit, auara,  
Atq; oleo ex vitreo tramite fecit iter.  
Hinc spe sepe bona plena accessit ad aedes,  
Et tulit ex facili limine pauper open.  
Deniq; non quisquam plus hoc in funere mœret,  
Nec magis in querulos expedit orasonos:  
Quam videt extremæ qua natum in fine senectæ  
Nondum maturo claudere fata die.  
Tani miserū est natos comitari ad funera, stirpis  
Et posita in feretro fulcra videre sue!  
Talia cum gemitu passim lamenta feruntur  
Vnius in cassum lucis honore caput.  
Publica pertentat priuataq; cura medullas,  
Perq; vias stillant lumina, perq; domos.  
Tota domus madida est, perfusaq; curia fletu,  
Inq; oculis lacrymas tota Lycea gerunt.  
Scilicet hos pietas meritis ostendit honores,  
Hæc restant factis vltima dona pijs.

Virtus

Virtus in fama summam sibi ponit honestas;

Hanc ergo famam fas & honore sequi.

Sed verbis coram, lacrymis celebramus ademtam.

Namque etiam lacrymae pondus honoris habent.

Flere pios obitus, tacita res proxima laudi est,

Net, nisi qui laudat, funera flere potest.

At verò fletu modus est adhibendus in omni,

Exeat in vetitum ne sine lege dolor.

Nam licet in mores mortem, non pugnet honestos,

Voce queri, grata est vox moderata tamen:

Grata, queri modice, res est, sed vana, querelis

Naturae rigidas vertere velle vias.

Nusquam fata minus legem mollire seueram,

Aut in nostra manus dedere vota solent.

Hic desiderijs mors obstat abeneus obex,

Cristarumque humilis diripit urna minas.

Sic modò rangebat quod vertice sidera cœli,

Demissis alis nunc caput ima petit.

Insima conueniunt imis: huc tendimus omnes,

Corpora qui gerimus morte parata premi.

Tendimus ad mortem; sed vita in morte parata est,

Excipiet mortem vita longa breuem.

Hæc miseros spes una fouet post funera manes,

Atque, aliquid, coepit quod nihil esse, facit.

Spes etiam viuos recreat, si quando sepultos

Cura sequens luctus nescit habere modum.

Nam superas animis redditū promittit in auras,  
Nec sinit, amissos esse, putare bonos.  
Et benē habet. Vos, ô mastissima pectora, fratres,  
Patris in occasu spes adhibete pares.  
Optima, spes, omni posita est medicina dolori,  
Libera, qui sperant, corda dolore gerent.  
Occidit, aethereas sed, quem lugetis, in auras  
Vitalem rursus fatā redire finent.  
Tunc, ubi supremam mundi decurrere lucem  
Nube canens media buccina signa dabit.  
Quin & cognato generi solamine molli,  
Et geminis præstō matribus esse decet.  
Sed tu præcipue luctum sopire recentem,  
Et viduos, cura, mollius ire dies  
ISELI, cui mater adest, pater adfuit olim,  
Sed quoq; nunc pater est obrutus alter humo.  
Tu duras auia in melius conuerte querelas,  
Siccaq;, fac, nati funus arena tegat.  
Præcipites prohibe casus, ne proxima letho  
Ante diem gressus in caua busta ferat.  
Quoq; stat in luctum nimis exorrecta tenacem,  
Verba stude matri lenia ferre tua.  
Vos quoq; communi, fratres duo, matre creati,  
Coniugū leuius ferre docete vices.  
Quod superest, in vos eadem conuertite vota,  
Et patriam forti pectori fert necem:

Nec

Nec graue sit, summæ defunctis tempore lucis  
Claudentes oculis non posuisse manus.

Nam neq; vos aliquis patriæ malus abstulit error,  
Nec patris è gremio sōntica causa rulit.

Causa fuere bona mutandi sideris artes,  
Musarum Patruī quas chorus vrbe docet.

Hic animum studijs iuuat emendare disertus.  
Naturæq; arctas diuitis ire vias.

Hæc studia ergo atq; has tractate fidelius artes,  
Nec vobis lenta texite damna mora.

Sic, quam mors frugem teneris detraxerat annis,  
Assiduus culta reddet in arte labor.

Sic simili referes Bonifaci ardore parentem,  
Pæonis aut Themidis captus amore Deæ.

Sic cum Patre pari in trutina te ponere Patres  
Audebunt Medici, culte Iacobe, tuo.

Hæc satis: in tumulu qui tristia carmina duxit,  
Nunc Vatem in votis congruit esse bonis.

Quare, si nigras quicquam sapis inter arenas,  
Et mutis sensus manibus ullus inest:

Accipe quæ, Zuingere, tuus tibi donat alumnus,  
Quem vis doctrina tangit amorq; tue.

Munera sunt lacrymæ, madido quas lumine sic  
Intimus in cineres spargere iussit amor. (qos,

Quin etiam gemitus voueo & suspiria, per quæ  
Obsirmet tibi se pectoris aura mei.

Carminis hæc summa est. nec enim mihi plura vo  
Aures Medoacus forte datus erat. , (lenti  
Plura feram , saluus patriam si quando reuisenſ  
Affigam lassos ad tua busta pedes.  
Tunc tecum lacrymis gemituq; morabor acuto,  
Sepius & manes voce ciebo tuos.  
Interea violis obducat terra sepulcrum,  
Et iaceant tenerâ molliter ossa rosâ:  
Auricomos ferat vrna crocos, & mater odorum,  
Innates exuuijs, India tota, tuis.

PATAVII IN ITALIA.



IOHAN-

IOHANNES BAVHINVS MED.  
ET CHIRVRGIAE DOCTOR.



Gallus eram, Christum tandem confessus, & Anglia  
Et Medicus Belgis, & Basilea tuus.  
VAL. THILO L.

C. S.

IOHANNI BAVHINO

AMBIANO,

CLINICO ELEGANTI, CHIRVRGO  
FELICI

XL. ANN. VSV ATQ. FRVCTV CIVIT.  
BASIL.

QVAM SINCERAE PIETAT. STVDIO  
ANN. AET. XXXII.

PRIMVM INCOLERE COOPERAT,  
GRATIOSE ADEPTO.

IOANNAE item FONTANEAE,

QVAE MENSES VIX XI. SED  
OCTENNIO MINOR  
SUPERVIXIT:

VT THORE ET PEREGRINAT. SIC BEATI  
QVO QVE REDITVS SOCIAE  
FIDISS.

IOHANNES & CASPARVS FF.

MEDICI CVM TRIB. SORORIBVS  
EARVM QVE MARITIS  
MOESTISS.

PARENTIBVS DESIDERATISS.

P.

O. PATER XXIII. JANVAR. NAT.  
D. BARPHTOL.

O. MATER XXX. DECEMBR.  
M. D. XXCII.

---

Viuebam DOMINO viuus, nunc funere funetus  
Viuo magis DOMINO, charosque expecto Nepotes.

VAL.

## VAL. THILO LIG.

IAM salue, Venerāde Senex BAVHINE, sororum  
Pæonis & Sophiæ lumen, & artis honos.  
Tristia te iunenem exercent ludibria sortis,  
Quæ ciet ætheriæ relligionis amor.  
Gallia te Medicis fantem mirata cathedris  
Pellit, & in tutos excipit Anglus agros.  
Belgica Chirurgū Medicumq; amplexa remittit,  
Dum fugis Hesperij vinçula torta Lupi.  
Excipit hinc placitus profugum cū Coniuge Rhe  
Quā lauat irriguis se Basilea vadis. (nus,  
Hic tibi tecta locas Iuſtris, vitâ integer, octo,  
Et Medicā clarus dexteritate colis.  
Numinis auxilium nunquam pia pectora fallit;  
Quod pius auxilium tu quoque iure canis.  
Nunc tua dū buſtis elanguida membra quiescūt,  
Spiritus & cœli per tremula astra volat;  
Patria se in Natis virtus latè exserit ausu,  
Pascit Apollineis quos Medicina fauis.  
Aula colit Medicū nunc Mompelgardica IANVM,  
Et decora illustri nomine clara docet.  
Quid tibi CASPARVM? Rheni decus amnis & Vr.  
Ille Machaonij lux rediuiua cho ri est. (bis:  
Ille salutiferas ægro mihi miscuit herbas,  
Et solitum venas ducere iussit iter;  
Cùm grauis affixum lecto latus vreret ardor,  
Et nigra iam legeret iam mihi vela Charon.  
Viue decus Phœbi meritum: Medicisq; trophæis,  
CASPAR, & ingenij fidere sparge faces.  
Et vos, ô Patrij cineres, saluete sub vmbbris:  
Tumba roſis vireat, lilia buſta ferant.

CHRISTOPHORVS LONGOLIVS  
BELGA ORATOR.



Teutonicus Cicero, vitam si fata dedissent,  
(Vis fuit eloquij tanta) futurus eram:

N. R.

CHRISTOPHORVS

CHRISTOPHORVS LONGOLIVS  
BELGA:

Mechliniæ, Brabantiaæ vrbe celebri  
natus:

Lutetiaæ ac Louaniæ in Scholis frugaliter  
educatus:

Romanam ciuitatem, propter eximiam in  
studiis literarum præstantiam  
adeptus:

Summo ingenio, incredibili industria, eloquentia  
admirabili, omnibus bonis ar-  
tibus præditus:


Suprà iuuentæ annos, in quâ  
extinctus est:

Magno cum Italiæ dolore:

Cui ingentem spem sui nominis  
excitauerat:

Suifeculi alter TULLIVS.

Obiit PATAVII Anno Sal. M. D. XXII.  
Aetat. XXXIV. 3. Septemb.



TVMVLVS.

TE IVVENEM RAPVERE DEAB FATALIA  
NENTES  
STAMINA, QVVM SCIRENT MORITVRVM  
TEMPORE NVLLO  
LONGOLI, TIBI SI CANOS, SENIVM' QVB  
DEDISSENT.

Petri Bembi.

AVIAO IOAN. LATOMIOT

illa caput Regui, Phœbiq; Lutetia nutrix  
Longolium ciuem dixerat esse suum.  
Interea attollens similes Mechlinia cristas,  
Afferuit titulo non grauiore sibi.  
Roma sed indignans: meus est si Tullius, inquit,  
Non hic ( & ascripsit ) non meus esse potest.  
Profiliens tandem titulis Schonhouia veris,  
Dulcibus ex hortis flore reuincta caput:  
Gaudeo quod Batavā vel nunc amplecteris aurē:  
Roma ( ait ) at partum tu mīhi redde meum.  
Septem vrbes certent de stirpe insignis Homerū:  
Quattuor est barum lis speciosa magis.

GERMANI BRIXII.

Castalides lacerate genīas, diuellite crinem:  
Nec lacrymæ finem, nec teneant gemitus.  
Prō dolor, effertur Patauinā funus in yrbe,  
Ante sua extincti funera Longolij:  
Quem modō vel Gallum voluit pro dote Latinā  
Roma locum ciues inter habere suos.  
Roma sibi plenē mox restituenda, dedissent  
Longolio plenos si modō fat a dies.

650

THOMAS

THOMAS MORVS ANGLIAE  
REGIS CANCELLARIUS.



Quām sit avis Rex rara bonus, iustusq; piusq;  
Mors indigna mea hoc monstrat, & Utopia.  
N. R.

Dd

THOMAS MORVS ANGLVS,

Singulari eruditione, virtute, doctrinā  
præstans:

Magister Scrinij, & supremus Regni

IVDEX:

Cui pectus fuit omni niue candidius : Ingenium,  
quale nec habuit vñquam, nec habitura  
est, alioqui nequaquā infelicium  
ingeniorum parens

Anglia:

Quem Rex HENRICVS IIX. paulò antè præ-  
clarus eximiæ virtutis admirator, ad  
summos honores ex-  
tulerat:


Fatali obortâ insaniâ, demum in Ty-  
rannum crudelissimum  
mutatus:

Quum nefariæ eius libidini, vir omnibus religio-  
nis atque iustitiæ numeris longè opti-  
mus, atq; sanctissimus, adulari  
indignaretur:  
Pietatis ac innocentiaæ suæ  
reus,

Causam ad Tribunal dicere  
coactus:

Non minorem constantiam in iudicio ac suppli-  
cio præ se fereus, quām iniquissimo  
Atheniensium S.C. condem-  
natus Socrates:

Miserè obtruncatus interiit, v.i. Non.Iulij,  
Anno Sal. M. D. XXXV.



B. ARIAE

B. ARIAЕ MONTANI.

An memorē doctum magis, an te More fidelem,  
An fortem, dubito: nam omnia summa tenes.  
Quæ doctrina fuit, pietas quæ pectore in isto  
Exitus edocuit, quem subis intrepidus.

IOANNIS SECUNDI

Hagieniis.

Quis iacet hīc? Truncus. Cuius caput ense recisū  
Et natat in tetro sanguine canities? (est,  
Hic est ille Thomas Morus; sic fata rependunt  
Tristia multa bonis, & bona multa malis,  
Quæ circumstunt Diuæ lugubre cadauer?  
Diuæ tenax veri, sancta Fides, Nemesis.  
Harum prima odij causa, & fuit altera mortis:  
Ulrix iniustæ tertia cædis erit.

IOAN. LATOMI.

Quid tibi cum Moro, tali indignissima citie;  
Anglia? quid pergis dicere inepta tuum?  
Tu ferro insontem, nec simplice morte, Catonem  
Persequeris: tutò nec licet esse pium.  
Proinde file: nā quò maculā tibi demeret istam,  
Ipse tibi patriam condidit Utopiam.

OSSE

IOANNES FISCHERVS CARDI-  
NALIS ROFFENSIS.



Purpura mi nocuit, nocuit quoque libera lingua:  
Dum Regis thalamum damno, sub ense cado.

N. R.

IOAN-

IOANNES FISCHERVS ANGLVS,

Summâ sacræ eruditib[us], & probita-  
tis auctoritate claris-  
simus;

BRITANNIAE lumen ac decus  
eximium:

Præsul & Antistes Roffensis:  
Pietate animi, candore, constantiâ priscais atque  
sanctissimis Christiani ordinis Pa-  
tribus comparan-  
dus:

Dum HENRICI IIX. Regis, ex impudenti re-  
pudio inauspicatas nuptias affectantis,  
nefario voto subscribere  
recusat:

Vir egregiè pius, integreque  
seuerus:

Carceris (heu) situ ac pedore ali-  
quandiu vexatus:

Purpuræ interim sacræ honore collato à PAVLO  
III. P. M. in Senatum lectus Ec-  
clesiæ Romanae:

Quum ex eo furor Regis multò in  
eum exarsisset vehe-  
mentius:

Præter meritum, de Rege & Regno multis  
modis alioquin præclarissi-  
mè meritus:

Capite mulctatus obiit Londini anno  
Sal. humanæ  
M. D. XXXV.

1650

B. ARIA E MONTANI.

Moribus, ingenio, calamo, sermone Britannus  
Mirandus priscâ pro pietate cadit.  
Quum cecidit ferro hæc ceruix præcisa cruento,  
Virtus, ingenium, concidit & pietas.

IOAN. LATOMI.

Quum te, sancte Senex, infami morte Tyrannus  
Perderet, æternis obijceretq; probris:  
Perdere non potuit titulis cœlestibus auctum,  
Turpiter haud famæ consuluisse tuae.  
Quin luit æternum scelus exitiale, pudendum  
Seq; sibi, & populis reddidit ipse suis.  
Postera nam dicet, quæ talia legerit etas:  
Anglia bina vno tempore monstra tulit.

INCERTI.

Téne viri, tanti ceruicem abscindere posse?  
Téne cruore pio commaculare manus?  
Si vitâ spolias Roffensem Barbare, quando  
Vllum producet terra Britanna parem?  
Sed tu sancte Senex, auo fruiture beato,  
Latuus abi: in cœlum te vocat ipse Deus.


1660

REINAL-

REINALDVUS POLVS  
CARDINALIS.



Officium quod Pontificis sit, quæq; potestas,  
Edoceo: hinc Romæ sacra tiara datur.  
N. R.



D d 24

M. ANT. FLAMINII.

Si velut egregiâ picturâ, maxime Pole,  
Est expressa tui corporis effigies;  
Sic diuina tuæ potuisset mentis imago  
Pingi, nîl oculi pulcrius adspicerent.

BLOSII PALLADII.

Fœdarunt miser as passim scelera impia terras:  
Nec quo se virtus iam tueretur, erat.  
Cùm Deus æternâ impulsus pietate, ruinas  
Despexit, nostras indoluitq; vices.  
Sicq; Polum æthereâ iuuenem demisit ab arce:  
Dixit &; Hic nostri pignus amoris erit.  
Vindice quo priscos virtus retinebit honores:  
Qui vitia infiusto comprimet exilio.  
Ergo cùm hic adsit cœlestum munere, in illum  
Iure oculos cuncti fiximus, atq; animos.

PETRVS

PETRVS RAMVS GALLVS  
PHILOSOPHVS.



*Me malus in vitâ doctorum exercuit error;  
Plebs iugulat; patriæ rettulit illud amor.*

P. R.

Dd 4

PETRVS RAMVS GALLVS, NATVS

Anno M. D. XV. familiâ, ex Eburonum  
Gente, in primis illustri, Pa-  
tre paupere:

Professor Academiæ Parisiens.

Regius:

Phœnix Logicus:

Orator, Mathematicus, Philo-  
sophus præstantiss.  
editis

scriptis immortalis:

Cùm

Variis fortunæ fluctibus fuisse exercitus, & insi-  
diis inimicorum vndique peti-  
tus, tandem

Interfectus est in Eois Gallicis,  
ficiâ manu.

An. M. D. LXXII. m. August.  
cùm vixisset ann.

LVII.

---

SOLE SALVM SERO, SOL SIDERE, SIDVS  
IN AVRO,

AVRVM IN FLAMMA, ARDEN'S IASPIDE  
FLAMMA MICAT:

CLARIOR EX SOPHIAE RAMVS MEVS E-  
MICAT HORTIS,

IASPIDE, FLAMMA, AVRO, SIDERE, SO-  
LE, SALO.

Val. Thilo L.

---

IOAN.

IOAN. THOMAE FREIGII.

Inuictus Rame es : nam bis duo pectora gestas,  
Socratis, Euclidis, Tully, Aristotelis.

Arte es Aristoteles, methodo Plato, Tullius ore,  
Ingenio Euclides, Rame. quid vltierius?

Eiusdem.

Cur stellam veterum non visam mirer in aeo,  
Qua partes cœli Cassiopea tenet?

Ramus qui cœlum certa modo condidit arte,  
A superis meruit tale referre decus.

Eiusdem.

In terris Ramus mortalia corpora linquens,  
Venit ubi ad summi cœlica tecta Dei.

O stulti Astronomi, quæ vestra insania? dixit:  
In domibus nusquam est circulus æthereis.

IACOBI PASCHARII.

Fertilior quavis cum sit sacer arbore Ramus,  
Arboris hic dignus nomine Ramus erat.

THEOBALDI MULLERI.

Quæ spectada tibi datur hic, verissima Rami est  
Effigies, cuius forma sub astra volat.

Aureus hic verò est Ramus, penetrare noueni  
Quo solo possis ausspice sacra chori.

STEPHANVS DOLETVS AV-  
RELIUS GALLVS.



*Cuncta dolans ad amissim, ex amino cuncta Doletus:  
Me tamen & rursus Musica turba dolat.*  
N. R.

I N

IN STEPH. DOLETVM:

IVL. CAES. SCALIGERI.

*Qui corticem te litterarium dixit,  
Multò securim iustius vocauisset:  
Cui comparati mille Sillotimones  
Dicantur esse Lælyj, aut Aristidae.  
Teredinem, fucumue, porridamq;  
Et lucis hostem frugimordicam blattam:  
Sed hanc putauit esse pro tuis libris.*

Eiusdem.

*Cur litteræ ve, lineaæ ve distortæ  
Sunt versuum, quos sarcinauit insanus?  
Quæris, requiris, enecas requirendo.  
Dulce Suarde norma litteratorum  
An labra nescis conuenire lactucis?*

Eiusdem.

*Quod Tullianis rapt a frusta de libris  
Licere credit inseri suis nugis,  
Aesopici qui gracculi resert pennas:  
Idem putauit posse congeri versus  
Ternos Maronis iugiter, quaternosq;  
Ibi quasi nitela lucis obryzæ  
Latè refulgent purpuræ ve flos puræ  
Absutus vñcto pallio rogatoris.  
Circumferuntur hæc tamen, legunturq;  
Nec lente Phœbe rumperis' ve, rumpis' ve.*

STEPHANVS SZEGEDINVS  
VNGARVS THEOLOGVS.



*Posthuma Scriptorum proles vitalibus oris  
Me retulit, volito iamq; per ora virum.  
N. R.*

## EPITAPHIVM.

Eloquio rarus, mira grauitate verendus,  
Ingenio felix, & pietate sacer.

Heu iacet eximius paruus sub cespite Doctor,  
Hic Stephanus requie qui Szegedinus habet.  
Hunc iuuene vidit Schola bis peregrina disertu,  
Dogma Luthere tuum, tegit Philippe, sequi.

Post varios casus, & multa pericula vita,  
Dum petit, aut dotes spargit ubique suas.  
Sensit ad extremum plebs sacra Keuina docente,  
Admirans senio multa notare graui.  
Vnde quidem Christi cultor non fictus honoris,  
Hunc sua non ægre per monumenta colet.

M. S.


FINIS.



**UB WIEN**



+AM363362303



[www.books2ebooks.eu](http://www.books2ebooks.eu)